beatā dei genitricem nunq̄ a ioſeph celebratis
nuptijs in nomen coniugis aſſumptū: exponat
ipſe melius hūc ſancti euangelij locū. pariterq̄
oſtendat licitum fuiſſe apud iudeos. vt ſponſe
ſue quiſq̄ carnali copula miſceretur. ſano eiꝰ in
tellectu libenter cedimus. tm̄ ne erga matrē do-
mini quicq̄ geſtum quod publica opiniōe poſ-
ſet infamari credamus. [Qd̄ ꝟo additur do-
nec peperit filiū ſuum primogenitum] nemo
ita intelligendum putet quaſi poſt natū filium
eam cognouerit. vt quidam peruerſe opinātur.
Scire enī debet veſtra fraternitas: q̄ fuerūt he
retici. qui ꝓpter hoc qd̄ dictuꝫ ē nō cognoſcebat
eam donec peperit filium. crederēt mariā pꝰ na
tum dn̄m cognitā eſſe a ioſeph. ꝛ inde ortos eos
quos fratres dn̄i ſcriptura appellat: aſſumētes
et hoc in adiutoriū ſui erroris. q̄ primogenitus
nuncupatur. Dn̄s deus auertat hāc blaſphemi
am a fide oīm noſtrum: donec q̄ nobis catholi
ca pietate intelligere parentes noſtri ſaluatoris
intemerata fuiſſe ſp̄ ꝟginitate p̄claros. ꝛ nō fili-
os ſed cognatos eoꝝ fratres dn̄i ſcp̄turarū mo
re nūcupari. ſed ob id euāgeliſtā an poſt natum
filiū dei eā cognouerit dicere nō curaſſe: q̄ nulli
de hoc ambigendū putauerint. q̄ ꝯiuges quibꝰ
in ꝟginitatis caſtimonia ꝑmanētibus dei filiuꝫ
naſci ſingulari gr̄a datum ē. nullatenus ex eo ca
ſtitatis iura temerare potuerint. Notandum
quoq̄ eſt q̄ p̄mogeniti nō iuxta hereticoꝝ opini
onē ſoli ſūt quos frēs ſequūtur ſūt alij. Sꝫ iux-
ta auctoritatē ſcp̄turaꝝ omēs q̄ p̄mi vuluā ape
riūt ſiue frēs eos aliq̄ ſeu nulli ſequātur: p̄moge
niti vocāt̄. Attn̄ cū dn̄s ſpeciali ratiōe pōt p̄mo
genitus dictus intelligi. iuxta h̄ qd̄ in apocalip.
dicit de eo iohānes. Qui eſt teſtis fidelis p̄moge
nitus mortuoꝝ: et p̄nceps regum terre. Et apl's
paulus. Nam quos p̄ſciuit et p̄deſtinauit ꝯfor-
mes fieri imagines filij ſui. vt ſit ipe p̄mogenitꝰ
in multis fratribus. Primogenitus eſt in mul-
Ro. 8 tis fratribus. quia quotquot receperunt eum:
dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Quoꝝ recte p̄
mogenitus appellat̄. q̄ oīes adoptōis filios:
etiā illos qui incarnatōis eius tp̄a naſcēdo p̄ceſ
ſerūt dignitate p̄greditur. Siquidē poſſunt illi
cū iohāne ꝟacitiſſime teſtari. Qui pꝰ nos venit: an̄
nos factus eſt. i. poſt nos quidē in mūdo genitꝰ
Sed merito ꝟtutis p̄mogenitus oīm nr̄m iure
eſt vocatus. q̄q̄ et in ip̄a diuina natiuitate non
incōueniēter pōt p̄mogenitus dici. q̄ priuſq̄
creaturā faciendo gigneret aliquē: coeternum ſi
bi pater genuit filium. Prius enī q̄ verbū veri
tatis adoptionis filios ſibi redimendo gigneꝛ
aliquos: coeternū ſibi pater genuit verbum. vn̄
ipſum verbum ipe filius dei. eius ꝗꝫ virtus ꝛ ſa
pientia loquitur. Ego ex ore altiſſimi ꝓdiui: pri
mogenita in omnem creaturaꝫ. Deus de deo na-
tus erat: ꝛ in ea qua creatus eſt humanitate om-
nem creaturam p̄ibat. [Et vocabis inquit no
men eius ieſum.] Jeſus hebraice latine ſalu
taris ſiue ſaluator dicitur. Cuius vocationē no
minis ꝓphetis liquet eſſe certiſſimā. Unde ſūt
illa magno viſionis eius deſiderio cantata. Ani
ma aūt mea exultabit in dnō: et delectabitur
ſuper ſalutari ſuo. Et iterū. Defecit in ſalutari
tuo anima mea. Et alibi. Ego autem in domino
gloriabor: gaudebo i deo ieſu meo. Et maxime il
lud. Deus in nomine tuo ſaluū me fac. Ac ſi di
ceret Nominis tui gloriaꝫ qui vocaris ſaluator
in me ſaluando clarifica. Jeſus ergo nomen eſt
filij qui ex virgine natus eſt angelo exponēte ſig
nificās q̄ ipſe ſaluum faciet populū ſuū a pec-
catis eoꝝ. Qui aūt ſaluat a peccatis. idem vti-
q̄ a corruptionibus mentis ꝛ corporis q̄ ob pec
cata contingerunt ſaluabit. Chriſtus ꝟo voca-
bulū eſt ſacerdotis vel regie dignitatis. Nam et
ſacerdotes ac reges in lege a criſmate id eſt vn-
ctione olei ſancti appellabant̄ chriſti. ſignifican
tes eum qui verus rex et pontifex in mūdo appa
rens vnctus eſt oleo leticie pre participibus ſuis.
A qua vnctōne id eſt criſmate ipſe chriſtꝰ ꝛ eiuſ
dem vnctionis id eſt gratie ſp̄ualis participes
ſunt chriſtiani vocati. qui per id qd̄ ſaluator eſt
nos ſaluare a peccatis: per id q̄ pontifex ē: nos
recōciliare deo patri: per id q̄ rex eſt regnū nob
patris ſui dare dignetur in eternum.

## Item Expoſitio de eodem.

c
Chriſti generatio ſic erat. Que
ritur. cur nō ait ieſu chriſti. ſed ſolum
modo chriſti. quod angelo mox dictu
ro ſeruauit. Generatio id eſt ipſe chriſtus in car
ne generatus. Ac ſi diceret. generatō que eſt chri
ſtus: ſic erat bifarie explananda. velut a decurſe
genealogie loco. vbi ait. Jacob genuit ioſeph vi
rū marie: de q̄ natus ē ieſus q̄ vocat̄ chriſtus.
Om̄es ergo generatōnes ab abrahā vſq̄ ad da
uid generatōes. xiiij. ꝛ a dauid vſq̄ ad trāſmigr-
tionē babilonis generatōes. xiiij. ꝛ a trāſmigra-
tione babilonis vſq̄ ad chriſtū generatōes. xiiij.
Generatio aūt chriſti ſic erat. Prima hoīs cōdi
tio eſt. q̄ adā de terra plaſmatus ē. Secūda ē q̄
femia de latere viri creata ē. Tercia ꝟo q̄ natus
eſt hō. ex viro ꝛ femia. Chriſti aūt generatio ſic
erat. vt ſine viro naſceretur de femina: cōceptus
per ſp̄m ſanctū. Prima ꝛ secūda generatio ru
erūt. Tercia de ruina generauerūt. In q̄rta ſalu
tē inuenerūt. [Cū eēt deſpōſata mr̄ ieſu ma-
ria ioſeph. Et reliq̄. Sic aūt erat chriſti genera-
tio. id ē ſic ad chriſtū ptinet hec genealogia. Cuꝫ
eſſet deſponſata. His cauſis non de ſimplici vir
gine: ſꝫ de deſponſata natꝰ eſt chriſtꝰ. ne p̄feſſam
ſed p̄ viꝝ iuxta morem ſcp̄ture genealogia texe
ret̄. ne lapideret̄ a iudeis vt adultera. vt ī egiptū
fugiēs haberet viri ſolaciū. vt partꝰ celaret̄ dya-
bolo. dū putat nō de ꝟgine ſed de vxore genituꝫ.
ne ī temerate ꝟgīs aduerteret̄ infamia. Maluit
enī dn̄s aliquis d̄ ſuo potiꝰ ortu. quā dubitare d̄
mr̄is pudore. ne ꝟginibꝰ velamē excuſatiōis fie
ret qd̄ īfamata ſit mr̄ dn̄i. ne dicēti dn̄o. nō veni

II ſoluere legez ſed adimplere: ullus obiecerit. Qđ
cū legis iniuria notus ſit. vt teſtis pudoris ma/
ritus adhiberetur: qui poſſit dolere et vindicare
obprobrium: ſi non agnoſceret ſacramētū: ne vi/
deretur maria culpā obumbrare mēdacio. Cau
ſam eni mentiendi deſponſata non habuit cuz
coniugij premiū partus ſit feminarū. ne herodi
et iudeis excuſandi preberetur occaſio: ꝙ natuz
ex adulterio perſequeretur: vt ſidelibus coniu/
gatis expari conſenſu continētia inſinuaretur.
vt niſi preuaricationi eſſet obnoxia: qualiter hu
mana progenies multiplicari ſine virginitatis
detrimento potuiſſet demōſtraretur. Deſponſa
ta. id eſt nōdū nupta. [Mater ei⁹.] Mr̄ ei⁹
inqt: nō vxor ioſeph. Maria ioſeph. In ipa ia/
nua āboꝝ ponūtur noīa: q̄ facti cōgruūt. [An
teq̄ʒ conuenirent]. Proximū nuptiarum tem
pus oſtendit: nō ꝙ ſequeretur vt poſtea cōueni
rēt. ſicut dicit Eluidi⁹. [Inuēta] ē a nullo alio:
niſi a ioſeph: qui maritali licentia future vxoris
oīa nouerat. Hic matheus ꝑtermiſit multa:
que lucas narrauit dicēs. In mēſe inquit ſexto
Luce. I miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatē gali
lee: cui nomen nazareth ad virginē deſpōſatam
viro: cui nomen erat ioſeph. de domo dauid. Et
nomē virginis maria. Et ingreſſus angelus ad
eam dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū. ꝛc. Nimi
rū eni vſq̄ʒ ad id genealogiam deduxit vt diceꝫ
ioſeph virum marie. de qua natus eſt ieſus qui
vocatur chriſtus. Et ideo cōceptū eius quē trā/
ſcenderat luce narrandū reliquit. [In vtero.]
Non in vterū accipiens. id eſt nō aliunde accep
tum: ſed interius veniente ſpiritu ſancto habi/
tū. vt illđ. Femina circūdabit virū. [De ſp̄ū ſā
X cto.] Querit̄ ſi inuēta a ioſeph habens de ſpi
ritu ſancto. cur dimittere eā voluit. Ideo. q2 nec
totum ſciuit nec totū ignorauit. Nouerat in vte
ro habentem nō de carnali concubitu ſed de ſpi
rituali virtute. De quo vero concepcrit ignora/
bat. quod ei aperitur quaſi neſcienti. dum indu
citur de ſancto. Et reliqua. Item queritur cur
matheus āticipauit: quod mox angelus erat
dicturus. Hoc nimirū fecit pro ſpirituali ſeruo
re. ꝛ ne lectoris animus pauciſſimis licet lineis
dubitaret. ꝛ vt ī ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtet oīe
ꝟbū. [Ioſeph vir ei⁹.] In ſcriptura ſpōſe vx/
ores. ꝛ ſpōſi viri vel mariti dicūtur. [Cū eſſet
iuſt⁹.] Cum conſcij criminū obnoxij ſint pec/
catores: cur ioſeph cū crimīe zelet iuſtus vocatur.
Ideo. vt ydoneū eius teſtimoniū cōmēdet. In
pleriſq̄ʒ exemplarijs additur. cū homo eſſet iu/
ſtus. vt oſtendat ſcđm humanam iuſticiam io/
ſeph iuſtū fuiſſe. q2 comparatōne iuſticie dei: ꝓ
nihilo ducit̄. Et ideo recte ſequit̄. [Nollet eā]
Non ſolū celat: ſed nec audet contingere tēplū
dominici corporis. Recte iuſt⁹. iuſticie templuz
non corrūpit. [Traducere.] Ac ſi diceret. nol
let ducere ſpōſam: quā ſuſpicatus eſt eſſe adul/
teram. vt alij. ſiue traducere ad penā quam ſcie
bat non ab homīe cōcepiſſe. Traductōnis eniꝫ
verbum ſepius in mala q̄ʒ in bona pte inuenit̄.
Qđ etiā grec⁹ nō abſurde ꝟino ſignificat. [va/
pardeir. mathyſai.] id eſt propalare. qđ ē pa/
lam facere ꝛ omībus notū facere conceptum.
[Occl'te.] Ne aut publice dimiſſa vxore ſua: alt/
eri coitus reatū ſuper eam induceret: aut derē/
ta ſeipm quaſi adulterij conſciū reum conſtitue
ret. [Dimittere]. i. vxorē nō ducere. ſiue a pena
adulterij innocentē liberare. Ecce adaz celeſtis
noua opponit veteribus. Prior vice ex ſolo vi/
ro femina facta eſt ſine matre. Secunda ꝟo vir
ex ſola muliere natus eſt ſine carnali patre. Ex
feminis decuit noua redemptio: a quibus ꝓceſ/
ſit antiqua ꝑuaricatio. Terrenus adā de incor/
rupta terra formatus eſt. Secundus adam de
incorrupta ꝛ īmaculata carne virginis marie.

## Hec autem eo cogitante. ecce ange. d.

Bono viro ꝛ iuſto. Bona et iuſta cogitāti: bo Y
nus et iuſtus apparuit nuncius. Ideoq̄ʒ addit̄
dn̄i. ad diſtinctionē apoſtatarū angelorū. Hūc
angelū gabrielem nulli putant iuxta luce fideꝫ
narrationē non quia ipe ſit nūcius natiuitatis
omniū. q2 interpretatur fortitudo dei. ꝛ victoria
bellorum eſt ei cōmiſſa. Et ideo in natiuitate io/
hānis ꝛ chriſti. ad vincendū inimicū venientiū
recte mittitur. Recte de dō quoq̄ʒ cogitāti: opor
tuna adhibetur cōſolatio. ſicut et duob⁹ in via
ambulantibus oſtēſus eſt chriſtus. [In ſom/
nis apparuit.] Sermo apparendi inſolitā reꝫ
ſignificat. Duobus modis locutio diuina diſtin
guitur: aut per angelos aut per ſemetipſū. Sꝫ
cum per ſemetipſum ſola inſpiratōe interna ſi/
ne verbis et ſillabis cor docetur. q2 audituz ape
rit. et habere ſonitū neſcit. Sicut ſpiritus phi/
lippo dixit. Iunge te ad currum iſtū. Cum vero
per angelum his modis. aliquādo verbis ſine
vlla ymagine. ſicut chriſto dicenti. Pater clarifi
ca filium tuū. protinus reſpondetur Clarifica/
ui. et iterū clarificabo. Et reliqua. Aliqn̄ rebus
ſine verbis. Sicut ezechiel Electri ſpecieꝫ vidit
in medio ignis. per hanc chriſti incarnationē de
ſignās. Aliquādo verbis et rebus. ſicut Adā de
ambulantem dominū in paradiſo poſt meridiē
vidit ſignificās lucē veritatis a ſe receſſurā. Ali/
quādo imaginibus cordis oculis oſtenſis. ſicut
Iacob demiſſā e celo ſcalā. et petrus vas plenū
animātibus in extaſi viderat. Aliquādo hy ima/
ginibus ante corporeos oculos ex aere aſſump
tis: ſicut abrahā nō ſolū vidit: ſed et in domū ac
cepit. et inſuꝑ etiā pauit. aliqn̄ celeſtib⁹ ſubſtan
tijs. ſicut baptizato dn̄o vox ſonuit dicēs. hic ē
fili⁹ me⁹. Aliqn̄ terrenis ꝛ celeſtib⁹ ſic corā moy
ſe ī mōte ignē rubūq̄ʒ ſociauit. ſignificās ſe do/
ctorē ppl'i fore. q̄ legꝫ flāmā acciperet. ꝛ tñ pcti ſpi
nā nō relinqueret: ſiue ꝙ ex illo popl'o exiret. qui
ignē diuinitatis in humāe nature ſpinas impo
neret. Aliqū humāis cordib⁹ ſecreta p̄ntia inſpi
rat: vt zacharias ait. Et dixit mihi āgelus q̄ loq̄
bat̄ ī me. Cū ꝟo hic btō ioſeph apparuiſſe dr̄ hy
magīe cordi oñſa apparuit. [Ioſeph fili dauid.]
Blādiētis affectu loq̄t̄ notū eū ſigns ꝛ familia Z
rē. cui⁹ nomen ꝛ genus deſignatur. Hinc appa
ret ꝙ ex eadem tribu erat Ioſeph ꝛ maria. Iux/
ta illud Nemo copulet̄: niſi đ tribu ſua. In quo

notandū φ nō tā carne ꝗ̄ ſpū filium dauid eū
dixit vt iuſtū virū ex genere iuſti ꝓpagatū hoc
meruiſſe declararet. **Noli timere.** apparet φ
cauſa timoris apparuerit dimittere eam: q2 ti-
mebat ꝓfiteri ſpeciale cōiugiū. Vide qđ metu
ille nō ſit cohercitus: quo accipere vxorem ꝓhi
bitus eſt: ſed iubetur ne ad ſuā p̄ñtiā illā accipe
paueſcat. Prius timor expellitur: vt libentius
dicenda poſtea audiātur. **Coniugem tuam.**
Solet ſcriptura ſponſas cōiuges vel vxores vo
care. Siue ideo maria cōiunx dicitur: q2 ſub eo-
dem iugo educandi ſaluatorē erat. **Quod in
quit natum.** non extrinſecus eſt ſeminatū: ſ3
**de ſpū ſancto.** Hic ſoluitur φ ioſeph ſcierit:
quid ignorauerit. Sed nō ob hoc ſpūs p̄r chri-
ſti exiſtimādus eſt: vt deus pater verbum genue
Auguſti. rit: ſpūs vero hominē. Sed quia ei⁹ miniſterio
ciuitas chriſti adimpleta ſit. **pariet āt filium**
Parere tamē faciet ſine dolore pariendi: ſicut
ſine peccati volūtate fuit cōceptus. Hic mōſtrā
tur quattuor incerta vniuſcuiuſq3 naſcentis.
**qui pariet filium qui vocabitur iheſus.
qui ſaluum faciet populum ſuum.** ꝛ vo
cabis o ioſeph vocibus prophetarū nō cōtradi
cas. Notandū φ iuxta matheū ad ioſeph iuxta
lucā ad mariam vocare nomē pueri p̄dictum ſit
q2 ieſus ad ſalutem vtriuſq3 ſexus venit. Ieſum
ſequitur ethimologia nomīs cū ait. **Ipſe eni
ſaluum faciet populum ſuum.** Vere ſuus
quis alijs eſſe poſſit a peccatis. Contra iudeos
qui putant populum eoꝝ de captiuitatibus: ñ
de peccatis per chriſtum liberādū. Nota φ eius
eſt ſalus: noſtra vero ſunt peccata.

## Sermo de deſponſatione ſancte marie.

I i In ſole poſuit tabernaculū ſuum: ꝛ
ipſe tanꝗ̄ ſpōſus procedēs de tha
lamo ſuo. Iſte ſponſus cū verbū
caro factū eſt: in vtero virginali thalamū
inuenit: atq3 inde humane ꝯiunctus natu
re: tanꝗ̄ de caſtiſſimo ꝓceſſit cubili: humi
lis miſericordia: infra om̄es: fortis maieſta
te ſupra om̄es. Huius cōiunctōis chriſti ꝛ
eccleſie ſacramentū eſt cōiugium humanū
Quod coniugium diffinitur eſſe ſolus cō-
ſenſus: de quoꝝ coniunctōne agitur. Alibi
etiā dicitur. Coitus nō facit matrimoniū
ſed volūtas. Itē Non defloratio virginita
tis facit cōiugiū: ſed pactio cōiugalis. Ex
his manifeſtum eſt: q2 cōmixtio ſexuū nō
eſt cōiugium: ſed opus coniugij ꝗ̄uis leo
Leo papa papa dicat. Cū ſocietas nuptiarum ita ab
initio conſtituta ſit: vt non ſit preter ſexu-
um coniunctionē: que habet in ſe chriſti ꝛ
eccl'ie ſacr̄m: dubiū nō ē eā mlierē non pti
nere ad m̄rimoniū: in qua docet nuptiale

miſteriū nō fuiſſe. Sz niſi cōueniēter iſtd
intelligatur: cōtrariū videt aug⁹: q̄ aſſerit II
etiā ꝑfectius ac ſancti⁹ cōiugiū int eos eſſe Auguſti.
q̄ ex cōi cōſenſu abſtinere ſp ab huiuſmo-
di opere decreuerūt. Et q2 quidā conſenſ⁹
eſſe coniugiū affirmat: querit cui⁹ rei con
ſenſus ſit ꝯiugiū. Quidā reſpōdēt conſen
ſū cōmixtionis ſexuū eſſe ꝯiugiū. Sz obij-
citur: φ cōiugiū ꝑfectū eſt etiam int eos q̄
hoc ꝓpoſuerūt: φ in ꝑpetuū abſtineāt ab
hoc opere. Et maria cōiunx ioſeph vocat
q̄ tñ ipſa rūdet āgelo. Quō fiet iſtd qm̄ vi-
rū nō cognoſco. Quō fieri pōt vt cōcipiā:
pariāq3 filiū: q̄ i caſtimōia ꝟginitatis vitā
cōſūmare diſpoſui. Ad qđ iteꝝ opponit.
Sz nō habuit volūtatē carnalis hui⁹ cōtu
bernij btā ꝟgo. Quare ꝯſenſit deſpōſari?
Cui oppōi ſic reſpōdet a quibuſdā. Aliđ
eſt deſponſari: aliud eſt cōmiſceri: ſicut ali
ud eſt coniugiū: aliđ eſt opus ipſius: ſic ali
ud eſt preſbyteriū: aliud officiū ei⁹. Nā p̄ſ
byter ē ex ordīatione ſola: etiā ſi nūꝗ̄ miſ-
ſam celebret. Preſbyter ē eſt ex ptāte: non
ex actu. Similiter coniugiū conſiſtit in po
teſtate: que attrahitur p deſponſationē et
pactionē coniugalem: non in coitu. Et ſic
aliqs conſentit ad hoc: vt preſbyter ordie
tur: licet habeat in volūtate φ nunꝗ̄ cele-
bret miſſā: ſicut legit de quibuſdā: ſic bea-
ta virgo maria plena volūtate cōſenſit illis
om̄ibus q̄ in deſpōſatione ſolenniter fieri
debebāt circa ſe: licet quā deo vouerat vir-
ginitatē: nunꝗ̄ violare vellet. Nā ſic abra
hā paratus erat deo iubenti imolare filiū
ſuū: ex quo tamē ſperabat ſemē in q̄ bene-
dicerētur om̄es gētes: ita prudētiſſima vir
go obediuit deo iubenti p parētes ſuos vt
deſponſaret: ꝛ tñ certiſſime credidit: q2 p
ꝓuidētiā dei cuſtodiret intacta: ab om̄i vi
rili cōmixtione: ſicut et in ipſa re completa
ꝯſtat. Attamē vere ꝯiunx fuit ꝓpt ꝯſenſū
ꝯiugal' pactōis: nō ꝓpt ꝯſenſū carnal' con
iūctōis. Cōiugiū q̄ppe ē cōſenſ⁹ legittim⁹:
de ꝯiunctōe duaꝝ ydoneaꝝ ꝑſonaꝝ: ſ3 non
de ꝯiunctōe q̄ fit p coitū: ſ3 de ꝯiunctōne q̄
fit in deſponſatōe. Ex p̄ma q̄ppe deſponſa-
tionis fide ꝯiuges appellāt. Aug⁹. Quib⁹
placuerit ex ꝯſenſu: ab vſu carnal' ꝯcupiē
i ꝑpetuū ꝯtinere: abſit vt vincl'm int illos
ꝯiugale rūpat: imo firmū erit: q̄ magis ea
pacta ſacra inierūt: q̄ carius concordiuſq3
ſeruāda: non voluntarijs corporum nexi-
bus: ſed voluntarijs nexibus animorum.

II Necꝫ enī fallaciter ab angelo dictū eſt. Jo
ſeph noli accipere mariā coniugem tuam.
Coniunx vocatur ex prima deſponſatōis
fide: quā nec concubitu cognouerat: nec fu
erat cogniturus. Nec perierat nec mēdax
manſerat cōiugalis appellatio: vbi nec fue
rat: nec futura erat vlla carnis cōmixtio.
Erat quippe illa vgo iđo ſancti⁹ ⁊ mirabi
lius iuncta ſuo viro: q̄ꝛ etiā fecūda ſine vi
ro ꝓle diſpar: fide compar: propter qđ fi-
dele coniugiū parentes chriſti ambo voca
ri meruerunt: et nō ſolum illa mater: verū
etiam ille pater eius: ſicut coniunx matris
eius: vtrūqꝫ mēte nō carne. Et om̄e nupti
arum bonū impletū eſt in illis parētibus
chriſti: proles: fides ſacramētū. Prolē cog
noſcimus ipm̄ dn̄m ieſum: fidē: q̄ꝛ nullum
adulteriū: ſacramētū: q̄ꝛ nullū diuorcium.
Sed ſciēdū ꝙ bonū cōiugij: nō ipſum con
iugium triptituꝫ eſt in fides proles ſacrm̄
Quorū p̄mum eſt mūdicia coniugij ſcōm
fructus eius: tercium ſtabilitas illi⁹ Nam
in fide attenditur: ne ꝓpter vinculum con
iugale cū altero vel altera cōcūbatur. In
ꝓle: vt animatū ſuſcipiat̄: ⁊ religioſe edu-
catur. In ſacramēto vt coniugiū non ſepa
retur: ⁊ dimiſſus ⁊ dimiſſa ne cauſa prolis
alteri cōiugatur. Qđ ipm̄ bonuꝫ coniugij
id eſt ſacramētum: eſt ſacramentū .i. ſacre
rei ſignum: ſcꝫ inſeparabilis coniunctiōis
que eſt inter chriſtū et ecclīaꝫ. Inter quod
vnuſquiſqꝫ habeat ſuam vxorem: non ſu-
as: ⁊ vnaqueqꝫ ſuum virum: non ſuos. Et
ꝙ coꝝ corpus eſt vnū: et animus vnus: ſa
cramenta ſunt chriſti et eccleſie: cui nos h̄
et in futuro conſociet ipe dn̄s noſter ieſus
chriſt⁹. qui vi. et reg. d. per om̄ia ſc. ſc. Am̄

Quomodo intelligendum ſit ꝙ ſcrip-
9 tum eſt. cōceptus eſt de ſpirituſancto.
Cum incarnationem filij cū ipo fi-
lio: pater ſimul et ſpirituſſanct⁹ ope
ratus ſit: merito querit̄: q̄re in ſcp̄-
tura ſacra ſingulariter de ſpiritu ſcō cōcep
tus memoratur. Hec quidem ſicut et cete-
ra que de ipo dicūtur: humana intelligen-
tia timide contingit: ſed deuotio fidei am
plius p̄ſumēs ſm̄ purā conſcientiā fidelit̄
inquirit. Querēduꝫ itaqꝫ in p̄mis eſt: qūo
Luce.i. intelligi oporteat qđ dictum ē beatā mari
am de ſpūſancto concepiſſe. Scimus nāqꝫ
et om̄es iā frequētiſſimo vſu nature didi-
cimus: ꝙ cū mulier a viro concepiſſe dicit̄;
nō aliđ niſi ſubſtātiā carnis ad generādaꝫ
carnem per carnis coitū ſuſcepiſſe memo-
ratur. Et hec quidem carnis ſubſtātia: de
carne viri per ipm̄ carnis coitū tranſfuſa:
cū carne mulieris vna caro efficitur: et id
qđ naſciturū eſt ex vtriuſqꝫ ſubſtātia vera
citer originē ſumēs ab illo: per iſtā etiā ab
iſta generetur. Ergo mulier a viro conci-
pit: cū a carne viri p coitum carnis ſemen
ſuſcipit ad generandā carnē: nec aliud cō-
cipit: q̄ꝫ ille eſt a q̄ cōcipit: aut ipa q̄ conci-
pit: et qđ cōcipit hoc parit. Quid ergo di
cemus? Nunquid ſpūſſanctus de ſua ſub̄a
ſemē partus infudit aluo virginis? Qūo
ergo ſemen carnis miniſtrare potuit ſub̄a
ſpūalis? An forte ſemē carnis non fuit qđ
conceptum eſt: ⁊ caro fuit quod natuꝫ eſt:
quid dicemus? Qūo maria de ſpūſācto cō
cepit? Et ſi de ſpirituſancto concepit: qūo
ſpiritus ſanctus pater chriſti nō fuit? Hec
om̄ia magna conſideratōe indigēt: ne for-
te in re difficili ⁊ valde timēda et obſcura
ſenſus humanus aliquid ampli⁹ ſua poſſi
bilitate p̄ſumat. Nec iđo dubitādū ē đ his
q̄ꝛ obſcura ſūt: nec iđo aliquid temere dif-
finiendū q̄ꝛ credenda ſunt. Queramus er
go: quid concepit maria? Aut carnem non
cōcepit: ⁊ carnem nō genuit: aut ſi carnem
genuit: carnem concepit. Quod enim con
cepit: hoc genuit. Sed qūo carnē miniſtra
re potuit n̄ caro: aut n̄ carnē gignere caro
Iſta pplexa inq̄ſitio: ſiue querendi ratio:
queadmodū ſane et cōpetent intelligi va
leat cōſideremus. Et p̄muꝫ quidē in ea q̄ A
ſm̄ ſolitā ac vſitatā nature opationē pagi-
tur cōceptōe: eiuſdē nature opus quomo-
do compleatur intueamur. In parentibuſ
carnaliter generātibus: et p̄ carnis coitum
naſcituram carnem ex carne fabricātibus:
vtrobiqꝫ natura ſubſtantiā miniſtrat par-
tui creando: vt ex vtriuſqꝫ carne procedat
⁊ ꝙ ſolū in vnius carne formāda eſt caro.
Tamē hoc vectigal quod natura quaſi de
bitum quoddam ex inſtituto creatoris ad
fabricam humani corporis exoluendā im-
pendit: ita ꝓrſus ſine vlla neceſſitate: aut
coactōne ab ea requiritur. vt niſi ſola dile
ctione: ⁊ (vt ſic dixerim) ſpontanea volun
tate ad tribuendū id nō inclinetur. Nihil
enī eſt preter ſolaꝫ: ꝙ hoc debitū a natura
extorquere poſſit: ſed cum ſpontanea vo-
lūtate fuit pſuaſa: tūc nimiꝝ ſibi adinuicē
ad opus conſumandū ex vtraqꝫ pte libent̄

atq̃ grauiter occurrit. Sane quicq̃d violē
ter volenti abripitur: ad eiuſmodi cauſe ef
fectum incongruum prorſus atq̃ inefficax
demonſtratur. Sola ergo dilectio eſt que
naturā ꝑſuadere: ⁊ volētē ꝙ animo cogere
poteſt ad ſeminandū partū. Equidē in mu
liere amor viri: in viro autē amor mulieris
id agere ſolet: vt q꞉ in altero ſoluȝ ſibi natu
ra ſufficiens non eſt: alterutrū ſibi per dile-
ctionē ſubueniat: vt qđ in neutra ꝑ ſe potu-
it. in vtraq̃ ꝑ ſe cum altera poſſit. Igitur ſe
men humani partus a ſola muliere forman
dum cōcipit: qđ ſimul a viro et muliere ſe-
minatur. Qđ quidē ſicut iam dictum eſt: in
muliere per amorem viri: ⁊ in viro ꝑ amorē
mulieris natura oꝑatur. Propter qđ etiaȝ
mulier nō niſi a viro cōcipe dicitur: licet tā
de ſe q̃ȝ de viro accipiatur vnđ fecundatur.
Et recte de ſolo viro concipit: q꞉ id qđ con
cipit: in altero quidē de carne viri ſumit: in
altero vero ꝑ amorē viri miniſtrat. Non ita
q̃ hoc ſolū de viro concipit qđ de viro acci-
Lu. 2 pit: ſꝫ hoc etiam de viro concipit qđ ex ſe de
amore viri accipit. Hoc pretermittere nolu
mus ꝓpter hoc qđ dictum eſt: Mariā đ ſpi
rituſancto cōcepiſſe. Cōcepit ꝫ maria đ ſpi
rituſancto: non ꝙ de ſubſtātia ſpūſſancti. ſe-
men partus acceperit: ſꝫ q꞉ ꝑ amorem et ope
rationem ſpūſſancti: ex carne virginis diui-
no partui natura ſubſtantiā miſtrauit. Naȝ
q꞉ in corde eius amor ſpiritusſancti ſingu-
lariter ardebat: ideo in carne eius virtus
ſpiritusſancti mirabilia faciebat. Cuius di-
lectio q꞉ in corde illius non ſuſcepit ſocium
eius operatio in carne illius non habebat
exemplum. Hoc igitur ſolū virgo concepit:
qđ de ſua carne ꝑ amorē et oꝑationem ſpiri-
tusſancti accepit: de quo etiā ſolo ſine virilis
ſeminis cōmixtione filium genuit. Non er-
go libido carnis conceptionē operata eſt in
virgine: que nec de carne viri ſemen acce-
pit: nec de ſua per amorem viri cōcepit: ſꝫ ꝑ
amorē et operationem ſpiritusſancti. Nec ip
ſe ſpiritusſanctus ideirco pater dicendus ē
q꞉ eius amor conceptionē virginis operat⁹
eſt: q꞉ nec de ſua eſſentia virgini ſemen par
tus tribuit: ſꝫ ipi de carne propria virgini:
per amorē ſuum atq̃ virtutē: ſubſtātiā mi-
niſtrauit: Chriſtus ergo ⁊ de virgine nat⁹ ē
q꞉ de carne virginis: carnis ſubſtantiā acce-
pit. ⁊ de ſpiritusſancto conceptus eſt: quia ip
ſe cum virgo ex ſola carne ſua ſine admixti-
one virilis ſeminis per ſpiritusſancti opera
tionem amoremq̃ concepit. Hinc eſt ꝙ eidē
virgini pariture per angelum dicitur. Spi III
ritusſanctus ſuperueniet in te: et virtus al
tiſſimi obumbrabit tibi. Spiritusſanct⁹ nā-
q̃ virgini ſuperuenit. vt per operationem
caro chriſti de carne virginis formaretur. ⁊
virtus altiſſimi obumbrauit ei ne ſubſtan-
tiam carnis miniſtrans: carnali concupiſcē-
tia vreretur.

## In natiuitate domini Sđm Lucam:

B

Exijt edictum a ceſare auguſto.
vt deſcriberet̃ vniuerſis or. ⁊c. Beda

In iſta fidem hiſtoriarum: tanta pace regna-
uit Auguſtus annis duodecim circa tempus dominice na
tiuitatis. vt tam forinſecis q̃ ciuilibus bellis toto orbe ſo-
pitis: ⁊ ad litteram completum videatur illud propheti-
cum. Conflabunt gladios in vomeres: ⁊ lanceas in falces Eſaie. 2.
Non leuabit gens contra gentem gladium. Pacatiſſimo
autem tempore naſcitur chriſtus: quia deus erat in chri-
ſto mundum reconcilians ſibi. Hec itaq̃ pax quam fecit
auguſtus ſignificabat pacem: quam mediator noſter factu
rus erat. ⁊ per ſe et per diſcipulos inter deum et homies.
Oportunum quoq̃ fuit: vt tremenda romani nominis vm
bra protegerentur diſcipuli quocunq̃ ad predicandum
mitterent. Nam ſicut ceſare exigebatur profeſſio cenſus Beda
ab vniuerſo orbe: ſic a chriſto exigenda erat fidei profeſ-
ſio in toto mundo. Unde illud. Euntes in mundum vni-
uerſum predicate euangelium omni creature.

Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide
ſyrie cyrino. Et ibant omnes vt profite-
rentur ſinguli in ſuam ciuitatem.

Hec deſcriptio prima dicitur. quantum ad tempus cy-
rini nam antea ſepe deſcripte fuerunt. plereq̃ partes ter-
rarum. Cyrinus a ceſare miſſus ius dare gentibus ⁊ cen
ſor patrimoniorum futurus ſyriam venit. Et quia iudea
quaſi vmbelicus totius terre eſt: cenſus primum in medio
terre exigitur: vt inde poſt ea vſq̃ ad fines orbis requira-
tur: Hic primum facta eſt iudea ſtipendiaria romanis im-
perante auguſto et preſidente cyrino ibant omnes ad de-
ſcriptionem. v꞉ ſinguli in ſuā ciuitatē reuerſi profiteren-
tur debitum cenſus. Sic ergo nunc imperante chriſto et
premio pollicente per doctores eccleſie preſides cenſum
iuſte profiteamur: iugum eius quod leue eſt ſubeamus et
inueniemus requiem animabus noſtris. Ceſari ſolueba-
tur denarius. qui decem nummos habebat: qui etiam no-
mine ceſaris titulabatur Et nos offeramus regi noſtro de
calogum legis in quo vultum regis id eſt agnitionem ve-
ritatis ei⁹ inueniemus

Aſcendit autem ioſeph a galilea de ciui
tate nazareth in iudeam ciuitatem dauid
que vocatur bethleem eo ꝙ eſſet de do-
mo et familia dauid vt profiteretur cum
maria deſponſata ſibi vxore pregnante.

Alibi concipi. alibi naſci voluit dominus: vt inſidiantis
herodis furorem facilius euaderet. Naſcituro domino Gregorius

III mundus deſcribitur. quia ille apparebat in carne: qui electos ſuos ſcriberet in eternitate. Quo contra de reprobis dicitur. Deleantur de libro viuentium et cum iuſtis non ſcribantur. [Factum eſt autem cum eſſent ibi: impleti ſunt dies vt pareret: et peperit filium ſuum primogenitū]

Beda Bene tum propter iudicium ſtēmatis regis: tum propter nominis ſacramentum dominus in bethleem naſcit̄. Bethleem namq; domus panis interpretatur. Et ibi panis viuus qui de celo deſcendit apparet in carne: qui electorum

Gregorius mentes interna reficiens ſatietate. Quotidie dominus in nazareth concipitur: et in bethlehem naſcitur: cum quilibet fidelis verbi flore ſuſcepto domum ſe eterne pacis efficit. Quotidie in animo credentium quaſi in vtero virgi-

Beda nali per fidem concipitur: per baptiſma gignitur. Quotidie eccleſia quaſi dei genitrix comitatur ſuum doctorem: vt maria ioſeph de ruina mundane conuerſationis quod galilea ſonat: aſcendens in ciuitatem iuda. id eſt confeſſionis et laudis: eternoq; regi cenſum perſoluit deuotionis. Que eccleſia in exemplum beate marie: alij eſt quaſi deſponſata: ſed ab alio fecundata: dum iungitur pontifici: p̄poſito ſibi: ſed cumulatur virtute ſpiritusſancti. Unde bene ioſeph auctus interpretatur indicans nil valere inſtantiam loquentis magiſtri ſine augmēto superni iuuaminis Natus itaq; dominus eſt ſcd̄m carnem vt tu ſcd̄m ſpiritum naſcereris: Quod enim non ex voluntate carnis viri: ſed ex ſpiritusſancto natus eſt generationem ſignauit. quam vtiq; daturus erat ex ſpiritu.

C Et pannis eum inuoluit et reclinauit in preſepio. quia non erat ei locus in diuerſorio.

Non erat locus in diuerſorio Erat enim difficillimum vacantes reperire domos propter conuentum ac frequentiam iudeorum quos in vnum meadem tunc deſcriptionis cauſa collegerat.

Gregorius Qui mundum vario veſtit ornatu: vilibus induitur. vt ſtolam immortalitatis reciperemus. Manus pedeſq; cunis aſtringuntur: vt noſtre manus ad bene operandum: pedeſq; in viam pacis dirigantur. In preſepio reclinatur: vt fideles omnes: ſancta videlicet animalia: carnis ſue frumento reficeret: qui eſt angelorum. In auguſto preſepi continetur vt nos per celeſtis regni gaudia dilatet. Non in domo parentum natus eſt dominus: vt oſtēderet quia per humilitatem aſſumptam quaſi in alieno naſcebatur. non ſcd̄m poteſtatem: ſed ſm naturam humanitatis. Nam de poteſtate eius ſcriptum eſt In propria. Et quia omnis caro fenum. factus homo deus. Fenum noſtrum vertit in frumentum: qui de ſe ipo ait. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipm ſolum manet Uñ natus in preſepio reclinatur. Reclinauit puerum mater. Ioſeph autem non audebat attingere quem ſciebat de ſe non eſſe generatum. Quicunq; es pauper accipe conſolationem. Ioſeph ꝛ maria mater domini non habent ſeruulum: non ancillam: non iumentum ipſi ſunt domini ꝛ famuli. Non audet paupertas timida inter diuites accedere. In diuerſorium vadunt: naſcitur in ſtabulo: qui de ſtercore inopem leuat. In ſtercore iob ſedebat. ꝛ poſtea coronatus eſt. ꝛc.

Et paſtores erant in regione eadem vigilantes et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos et claritas dei circū fulſit illos.

Nato domino paſtores vigilant: gregemq; ſuum cuſtodiunt: vt oſtendatur ad eſſe tempus quod ipe olim promiſerat dicens. Ecce ego ipe requiram oues meas: ꝛ viſitabo eas ſicut viſitat paſtor gregem ſuum. Per gregem populus: per noctem ſeculum: per paſtores ſignificantur ſacerdotes animabus peruigili cura prouiſuri. Angelus cum tanto lumine apparens quod in tota teſtamenti veteris ſerie non inuenitur. miſtice premonuit quod apoſtolus poſtea aperte dixit. Nox preceſſit dies autem appropinq̄bit

Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus eſt vobis hodie ſaluator. qui eſt chriſtus dominus in ciuitate dauid.

Omni populo fidelium de cunctis diuerſitatibus gentium congregando eternum gaudium nunciatur. Cum nox eſſet non ait angelus hac nocte: ſed hodie. quia magnum gaudium nunciabat. vbi autem triſticia geruntur noctis mentio ſolet fieri. vt ibi. [ſcandalum hac nocte patiemini. [Et hoc vobis ſignum inuenietis infantem pannis inuolutum et poſitum in preſepio.] Signum ſalutis eſt fidelibus humilitas ſaluatoris que eſt oppoſita ſuperbie per quā mors

Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo milicie celeſtis laudantium deum ꝛ dicentium Gloria in altiſſimis deo. et ī terra pax hominibus bone voluntatis.

Uno euangeliſante angelo multitudo in conſonam laudē prorumpit. ꝛ officium deo impendens ꝛ nos inſtituens. vt quotiens ſacram eruditionem ex fratris ore audimus. deo laudes corde ore ꝛ opere reddam⁹. Bene militie celeſtis dictum eſt: quia illi militabant qui contra malignos ſpiritus ad tutelam noſtram angelorum ordinabat exercitus. Quia vero deus ꝛ homo natus eſt: hominibus pax. ꝛ deo gloria canitur. qui ab angelis pro noſtra redemptiōe glorificatur. Et quia neq; iudei neq; gentiles pacem habent non eſt em̄ pax impijs dicit dominus. Ideo determinate dicitur hominibus bone voluntatis. qui ſcȝ natum chriſtū ſuſcipiunt. Quoniā peccando extranei eramus adeo extraneos nos angeli deputabant. Sed quia recognouim⁹ Gregorius
regem noſtrum recognouerunt nos angeli ciues ſuos. Et timet angelus ab humana natura adorari quam in ſuo rege conſiderat. Hinc loth et ioſue non prohibiti ſunt adorare angelus. Iohannes vero in apocalipſi prohibitus eſt. Uide inquit ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum et fratrum tuorum. [Et factum eſt vt diſceſſerunt ab eis angeli in celum.

## Item in eodem die

P Aſtores loquebantur adinuicē Tranſeamus vſq; bethlehem. ꝛ videam⁹ hoc verbum quod factum eſt quod fecit dominus et oſtendit nobis.

Non dixerunt videamus puerum: ſed verbum: ac ſi dicerent. Uerbū erat in pncipio ꝛ factū ē caro: qd dñs. l. pr

⁊ ipm̄ verbū: ⁊ ſpūſſanctus fecit. i. incarnari cō
ſtituit: ⁊ ſic factū oſtēdit: qđ in deitate videri nō
poterat. [Et venerūt feſtinātes: ⁊ inuenerūt ma
riam et ioſeph: et infantē poſitū in p̄ſepio. Ui
dentes aūt cognouerūt de verbo qđ dcm̄ erat ill'
de puero hoc.] Nōnulli q̄rētes chriſtū nō iue
niūt: q̄ deſidioſe q̄rūt. Paſtores aūt inuene
rūt: q̄ fide nō ficta cucurrerūt. Sic eccleſie pa
ſtores imo q̄libet fideles celeſti doctrina allecti:
quaſi portas bethlehez ſubeūtes reperiūt eccle
ſiam catholicā quaſi mariā. ⁊ cetū doctoꝝ qua
ſi ioſeph. atq̄ humilē incarnatōis aduētū ſcrip
ture paginis inſertū. quaſi in p̄ſepio. Uidentes
puerū cognouerūt de verbo qđ dictū erat: ⁊ nos
per fidē incarnatōis: veniemus ad gloriā verbi
ꝯtuendam. Notēdū q̄ ipe res interdū digne
dictu atq̄ relatu v̄ba vocātur. Vn̄ in eſaia. Nō
fuit v̄bū. i. res digna nomie qđ nō oſtēderet eze
chias caldeis. Similiter dicūt hic paſtores Ui
deam⁹ h̄ v̄bū qđ fcm̄ ē. i. iſtā rē v̄bo narratōnis
dignā: quā fecit ipe dn̄s excellētiſſimā. ⁊ ſignifi
cauit nobis p̄ angelos. Ubi v̄o dicit̄ cognouerūt
de v̄bo qđ dcm̄ erat: accipe v̄bū p̄ locutōe. [Et
oēs q̄ audierāt mirati ſūt de his que dicta erāt a
paſtoribus ad ipſos] Mirātur ⁊ de miſterio
incarnatōis ⁊ de paſtoꝝ atteſtatōne tanta: q̄ fu
cate audita neſcirēt: ſꝫ ſimplici facūdia v̄a p̄di
carēt. Sic dn̄s nō rethores ſꝫ piſcatores ad euā
geliſandū deſtinauit. Sic et ī veteri teſtamēto
ſue diſpēſatōis nūcios: paſtores ordinauit: idō
nō eſt paruipendenda paſtoꝝ atteſtatio. [Ma
ria aūt ꝯſeruabat oīa verba hec cōferēs in cord
ſuo] Maria non min⁹ ore pudica q̄ꝫ corpe ta
E cita cōfert ea q̄ viderat circa ſe acta: ⁊ q̄ legerat ī
ſcripturis agēda. Legerat in eſaia. Ecce v̄go con
cipiet et pariet filiū. Legerat Bos cognouit poſſeſ
ſorē ſuū: et aſinus p̄ſepe dn̄i ſui. Uidebat in p̄ſe
pio dei filiū: ſuū filiū: vnicū filiū vagiētē. Uide
bat ſe de ſtirpe dauid ortam: de ſpū ſācto ī naza
reth cōcepiſſe: in bethlehem peperiſſe: quoꝝ om
niū teſtimonia in p̄phetia legerat Comparat ḡ
v̄ba p̄phetaꝝ factis et ī omibus habet argum̄
ta fidei Si maria a paſtoribus didicit: diſcam⁹
et nos a ſacerdotibus. [Et reuerſi ſūt paſtores
gl'ificātes et laudātes deū ī oīb⁹ q̄ audierāt ⁊ vi
derāt. ſicut dictū eſt ad illos.] De his q̄ audie
rant ab angelis laudabāt deum: et de his que vi
derant in bethlehē glorificabāt eū. Sꝫ ⁊ mgr̄i
ſpiritualiū gregum mō fideliū caſtra luſtrant p̄
bitatis exēpla querēdo: mō ad paſtorale officiū
redeūt docēdo. Preterea notādum. quare fi
lius miſſus ē poti⁹ q̄ꝫ pr̄ vel ſpūs ſanctus. Idō
F filī⁹ miſſus eſt: nō pater aut ſpūſſanct⁹: q̄ incō
ueniēs erat vt pater ab alio mitteret̄ q̄ non erat
ab alio. Si eni ab alio mitteret̄: ab illo venire ha
beret a quo mitteret̄: ⁊ eſſet illi q̄ſi quoddā prin
cipiū ab illo a quo mitteret̄. Propterea ḡ pater
ab alio mitti nō habet: q̄ ab alio eſſe nō habet.
Miſſus eſt aūt p̄mū fili⁹ q̄ a ſolo patre ē: dein
de etiā ſpūſſanct⁹ q̄ eſt a p̄re et filio. Primū fili
us venit vt liberarētur homīes. poſtea ſpiritus
ſanct⁹ venit vt homies beatificarētur. Primuꝫ

ille a malo liberauit: poſtea iſte ad bona reuoca III
uit. Ille abſtulit qđ ſuſtinebamus: iſte reddidit
qđ p̄diderāmus. Uenit filius naturalis miſſus
a patre vt adoptādos in hereditatē vocaret: et
cōſenſū ſuū vt grā adoptōis cōprobaret. Neq̄
eni ſine cōſenſu filij a p̄re alieni ī hereditatē du
cendi erāt. Miſit ergo pater p̄ filijs. venit fili⁹
p̄ fratribus. q̄ in p̄re et filio p̄nitatis et filiati
onis nomē cōſtat: vt filij nomē adoptādi p̄cipe
rēt. ⁊ p̄ illū cui⁹ erat et ab illo a quo erat. Uenit
ſapiētia: vt hoſtis ratōe vinceretur: et vt habita
culū ſuum ipa vēdicaret qđ malicia poſſidebāt.
Qui eni aſtucia vicerat: iuſtū fuit vt nō fortitu
dine ſꝫ prudētia vinceret̄. vt in eodē in quo ſe vi
ctor erexerat victus ſterneret̄. Factus eſt fili⁹ dī
filius homīs. vt filios hoīm: filios dei faceret. ⁊
ne filij nomē ad alterā trāſiret p̄ſonā. ⁊ eſſent in
trinitate duo filij ⁊ cōfūderetur trinitatis diſcre
tio. Si eni pr̄ carnē aſſumpſiſſet: idē ipe ⁊ pater
et filius eſſet. Pater filij quē genuit ex eternita
te. et filius mr̄is a qua genitus eſſet ex tempore.
Si aūt ſpūſſanctus carnē aſſumpſiſſet: duo fi
lij in trinitate eſſent. Alter filius pr̄is ſine matr̄
alter filius mr̄is ſine p̄re. Ne ḡ incōmunicabile
nomē divideretur: filius ſol⁹ carnē ſuſcepit. vt
vnus et idē eēt. et filius dei: et filius hoīs. Fili⁹
dei ſcđm diuinitatē genitus a p̄re: filius homīs
ſcđm humanitatē natus ex matre.

## Qđ ſolus filius carnem ſuſceperit.

q Uod ſolus filius carnē ſuſceperit G
ab hinc vidēdū erit. Sꝫ forte aliq
erūt q̄ dicāt. Si inſep̄abilia ſūt ope
ra trinitatis: ḡ q̄cq̄d facit filius: fac pr̄. Si Jobis. 5.
aūt om̄e qđ filius facit: facit et pr̄: ḡ ſi fili⁹
carnē aſſumpſit: ⁊ pr̄ carnē aſſūpſit: q̄ fili
us ſine p̄re carnē aſſumere nō potuit: ſi ni
hil ſine p̄re facere potuit. Sꝫ hic p̄mo cōſi
derādū ē: q̄ cū dr̄ facere fili⁹ oē qđ pr̄ fac:
de illa nimirū op̄atione intelligendū ēſt: q̄
creaturā ſuā cōdit: ⁊ regit: ⁊ diſponit ꝯdi
tor ⁊ opifex dſ. In q̄ op̄atōe pr̄ et filius et
ſpirituſſanct⁹ omino ſep̄ari nō p̄ūt: q̄ ī de
itate vna in q̄ et p̄ quā op̄ant̄: vnum ſunt.
Hec aūt idcirco de diuina op̄atōne diſtin
guim⁹: ne q̄s cōtra id qđ dictū ēſt; oīa que
facit pr̄: hec et filius facit opponēdū putet
q̄ pr̄ gignit: qđ filius nō facit. ⁊ fili⁹ gig
nitur: qđ pr̄ nō facit. Si eni filius ſicut pa
ter gigneret: pr̄ eſſet: et ſi pr̄ ſicut fili⁹ gig
neretur: filius eſſet. Itaq̄ ne q̄s p̄pterea
q̄ filius nō gignit qđ pr̄ facit: exiſtimaret
filium nō facere quecunq̄ pater facit: dici
mus q̄ hoc de illa operatione intelligēdū
eſt: qua vel creaturā operatur: vt qđ non
erat eſſe incipiat: vel in creatura operatur
vt quod factum eſt: in eo q̄ factum ē ſubſi
ſtat. Ibi eni tota trinitas inſeparabiliter

III operatur: vbi nec pater a filio: nec filius a patre: nec ſpūſſanctus ab vtroqꝫ in opatōe ſeparatur. In opere quippe operatio ꝓpe deſignatur. Nā in eo ꝙ factum nō eſt: qđ ē ds ñ facit ipe: ſꝫ tm̄ ē In eo āt qđ factū ē: ab illo vtiqꝫ factū ē a ꝙ factū ē oīe qđ factū ē. iohānis. 5
Hic ſꝫ omnia q̄ facit pater: et filius facit ſimiliter. In hac itaqꝫ operatōe q꞉ carnis aſſumptio inuenitur quō ſoli filio conueniat ⁊ nō patri: non incōuenienter queritur. Cū eni dicitur q꞉ filius carnē aſſumpſit: opus vtiqꝫ ſignificatur qđ filius facit: a quo ope ſi pater excluditur: nō oīa q̄ facit filius: pater opatur. An forte q꞉ dcīi non eſt: oīa que fecit filius: pr̄ fecit: ſꝫ quecūqꝫ pater facit: hec et filius facit: exiſtimādū eſt oīa quidē filiū facere que pater facit: quedam aūt filiū facere que pater non facit. Abſit: ſꝫ oīa que pater facit: filius facit: ⁊ oīa que filius facit: pater facit: q꞉ in eo ꝙ ī deitate vnū ſunt: in operatione ſeparari non poſſunt. Oīe ergo qđ fili⁹ facit: pater fac̄ q꞉ in diuinitate qua filius ē pr̄is: q꞉ cū patre vnum eſt: nihil facit ſine operatōne patris. Fecit quedā in humanitate ſm quaꝫ filius patris nō erat: q꞉ naſcendo a pr̄e nō accepat. Que ꝓpterea ad ſolā perſonam filij referūtur. q꞉ ea in illa et ſm illā naturā fecit: quā cū pr̄e cōmunē nō habuit: ſed ſolus ex tꝑe ꝓpriam ſingulariter accepit. Verūtamē oīa que in diuinitate: ideo ſolus nō fecit: q꞉ in diuinitate ſoluo nō fuit: ſed idem cum ipo fecit: q꞉ cū ipo idē fuit. Si ergo filius in diuinitate humanitatem aſſumpſit: quomō in eadem diuinitate pater idē cum ipo nō fecit: qui cum ipo idem fuit? An forte cuꝫ dicit̄ filius carnē aſſumpſit ex vi relationis qua intelligitur q꞉ ſibi vniuit: idē de patre nō dicitur: q꞉ ſi idē diceretur: non ideꝫ ſꝫ aliud intelligeret̄? Si eni diceretur: pater carnē aſſumpſit: intelligeretur ſimiliter ꝙ pater ſibi carnē vniuit: qđ iā idē nō eſſet ſꝫ aliud. Aliud quippe eſſet: ſi patri caro vnita diceret̄: ꝙ̄ cū filio vnita dicitur. q꞉ ſicut ē alius in pſona pr̄: et alius filius: ſic aliud dicit̄: cū filius incarnatus dicit̄: ꝙ̄ diceretur ſi pater incarnat⁹ diceretur. Nūc igitur conſequens eſt: ſi filius carnē aſſumpſit: idcirco carnē aſſumſiſſe et pr̄em: ſicut conſequēs non eſt: ſi filius ſibi carnē vniuit: carnem ſibi vniſſe ⁊ patrem. Conſequens aūt eſt: q꞉ ſi filius ſibi carnem vniuit: eandem carnē ipſi filio vniuiſſe et patrem: q꞉ dum vna vtriuſqꝫ opatio oſtenditur: nec filius ſine patre: nec pater ſine filio operatus demōſtratur. Si āt pater ſibi carnem induiſſꝫ: ⁊ filius ſibi: nō hoc idem eſſet: ſꝫ aliud: qm̄ in eo ipſo ñ eadem demōſtraretur operatio: ꝙ nō ad eūdē vtrunqꝫ facta ꝓbaretur relatio. Nūc āt aſſumptionē ſiue vnionē carnis et pr̄ operatus eſt: q꞉ carne induit filiuꝫ: et fili⁹ operatus ē: q꞉ carne induit ſemetipſum: ⁊ fuit vna vnio: et opatio vna. ꝓpterea vnio vna q꞉ qđ vnitum eſt: vni vnitum eſt. ꝓpterea operatio vna: q꞉ quod factum eſt: in vno factū eſt. Treo operabāt̄ ⁊ nō tria: ſꝫ vnuꝫ operabant̄: ⁊ quod fiebat et vni⁹ erat: ꝙ̄tum ad illum ſolū factum ē: et trium erat: ꝙ̄tum ab illis factum. Legitur in libro Iudicū: q꞉ manue vxoreꝫ accepit filio ſuo ſampſon: nec tamē ſibi vxorē accepit: q꞉ filio vxorem accepit. iudi. 14.
Et poſtulabat fili⁹ patrem: vt ſibi vxorem accipiat: quaſi per ſe ſolus hoc facere non poſſit: ⁊ nemo eſt q̄ argumentet̄ vt dicat. Si pr̄ filio vxorē accepit: ſꝫ vxorē accepit pr̄: et cōtēdat vxoratū eſſe patrē: q꞉ filio accepit vxoreꝫ. Quare ergo incarnatus dicatur eſſe pater: q꞉ filio ſuo carnem vniuit: ſicut ipe filius incarnatus dicitur: q꞉ ſibi carnem copulauit? Sponſa quippe v̄bi caro eſt: et aſſumpſit illā v̄bum ſibi: et pr̄ verbi: ſilr̄ verbo ſuo vniuit eam: ⁊ opati ſunt duo vnum: ⁊ fuit in vno opatio duoꝝ vna. Propt̄ea ait: Quecunqꝫ pater facit: hec ⁊ filius ſimiliter fac̄. Hec inquit et filius ſimiliter facit. Quid eſt hec? Non alia. Quid eſt ſimiliter? Non alr̄. Non poterat vnitas operationis pfectiuo demōſtrari. Non alia. Non alr̄: eadē et eodem mō. Si eadē operaretur: ⁊ nō eodem mō operaret̄. Operatio vna nō eſſet q꞉ alia eſſet. Nunc aūt et eadem: et eodem modo operatur: vt nihil ſit aut aliud: aut alr̄ in operatōne illiuo. Oſtende mihi aliquid quod facit pater: ſi tamen querendum eſt quid facit: qui totum facit. Pone tamen exempli cauſa vnum aliquid ex oībus que facit pater. Dico q꞉ fili⁹ hoc ipſum facit. Neqꝫ vtiqꝫ hoc ipſū dico quaſi ſimile illi: ſꝫ idem ipm. Cū eni dico: idē facio qđ tu facis: q꞉ forte domū edifico: ſicut tu edificas domū: ⁊ cū alia ſit domus tua: quam tu edificas: ꝙ̄ illa domus mea quaꝫ ego edifico: tamē idem me facere dico qđ tu facis: qm̄ id qđ facio ego: ſm aliquid ſi-

mile est illi quod tu facis: non sic intelligo cum dico qꝛ filius hoc ipſum facit quod pr̄ facit. Si aūt ego domū edificarē: ⁊ tu eandem mecum edificares domūꝫ: dico ꝙ idē faceres quod ego. Etiā verius vnum: qꝛ idipm̄ ⁊ nō aliud: nec tamē vere adhuc vnū qꝛ tu partē vnam: et ego alterā: tu inſtrumentis tuis: ego inſtrumētis meis: tu manibus ⁊ lacertis tuis: et ego meis. Deniqꝫ tu viribus tuis: ego meis: et iam non vere vnum: ſed in alio et per alia. Nunquid ſic dico cum dico: qꝛ filius hoc ipſum facit qđ pater facit? Ergo alia eſt manꝰ filij: ⁊ alia eſt patris: aliud brachium filij: ⁊ aliud brachium patris: alia virtus filij: alia virtꝰ patris: cum ipe filius et manus: ⁊ brachiū: et virtus ſit patris? Sicut idem eſt ꝙ hō manu facit: ⁊ quod manus hominis facit: ⁊ qđ homo brachio facit: ⁊ qđ brachium hominis facit: et quod homo fortitudine facit: ⁊ qđ fortitudo hominis facit. Sic idem eſt qđ pater facit: et quod filius facit: qꝛ oē qđ pater facit: per filium facit. Si eſſentia vna ē: ſi natura vna: ſi fortitudo vna: ſi voluntas vna: quomō non eſt vna opatio? Dicis qꝛ hec facit pater: ego dico: hoc ipſum pater: hoc ipſum filius: totum pater et totum filius. Ipſum facere patris: filij eſt. Noli penſare quaſi duas actiones: vnā maiorē: vnā minorem: aut forte ſimilis ponderis equales duas: vnitas ſibi eſt: nihil multiplices: vna eſt actio duarū in vno: triū: actio vna: ſicut deitas vna: et in vna actione tres: nō tres agentes ſunt: ꝫ vnus agens: ſicut in deitate vna tres: non tres dij ſunt: ꝫ vnus. Pater: et filius: ⁊ ſpiritusſanctus: tres pſone ſunt: ſed tres dij non ſunt: nec tres creatores: nec tres factores: qꝛ in eo ꝙ vnū ſūt: diuidi non poſſunt. Quecūqꝫ ergo pater
iohānis. 5 facit: hec et filiꝰ facit. Similiter: quid magis ſimile eſſe poteſt ꝙ̄ vnitas? Quomodo diuidi pōt: qđ multiplicari nō poteſt: aut quomodo a ſe recedere poteſt qđ vnū eſt? Ne ergo mireris: ſi aſſumptionē carnis que ad ſolum filium refertur: nō ſolus filius operatus eſt: ſed cum filio pater etiam et ſpiritusſanctus. Neqꝫ idcirco tres incarnatos dixeris: qꝛ incarnationē vnius tres operati ſunt: qꝛ trinitas nature inſeparabilem facit operationem: et ꝓprietas pſone ſingularem aſſumptionem.

De aſſumpta carne in chriſtum.

III K

Queritur: quomō homo perſonaliter vnitus verbo: ſine peccato potuit aſſumi de maſſa humani generis: quod totum corruptum: et quaſi fermentatum eſt peccato in adam? Ad quod reſpondetur: ꝙ virgo maria per fidem future mortis chriſti ante conceptionē mundata fuerit a peccato. Nempe decens erat: vt ea puritate qua maior ſub dō intelligi nequit: virgo illa niteret: cui deus pr̄ vnicum filium ſuum quē de corde ſuo genitū: ſibi coequalem: tanqꝫ ſeipm̄ diligebat: ita dare diſponebat: vt naturaliter eſſꝫ vnus. Idemqꝫ cōmunis dei patris et virginis filius: et quam ipe filius ſubſtantialiter facere ſibi matrem eligebat: et de qua ſpiritꝰ ſanctus volebat et operatus erat: vt conciperetur et naſceretur ille: de quo ipe ꝓcedebat: quare de mundiſſima ꝟgine potuit ſine peccato concipi filius dei: ⁊ naſci: per vnitum ſibi hominem. Augꝰ. Excepta ſancta virgine maria de qua ꝓpter honorem dñi: nullā ꝓrſus cum đ peccatis agit: haberi volo queſtionem: ſcimus enī: ꝙ ei plus gratie ſit collatum ad vincēdū omni ex parte peccatū. Inde ꝙ concipere ac parere meruit: quē cōſtat nullū habuiſſe peccatū. Hac ergo virgine excepta ſi omes ſancti et ſancte cōgregari poſſent: quid reſpōderent: niſi quod iohānes ait: ſi dixerimꝰ: qꝛ peccatum nō habemus: nos ipos ſeducimus? Legimus: Mariā totam repleuerat ſpiritusſancti gratia: totam incāduerat diuinus amor: ita ꝙ in ea nihil eſſet mūdanus qđ violaret affectus: ſed ardor continuus et ebrietas pfuſi amoris. Idem: ſi ſpū dei omnis virtus angelorum cōſtat: beatā et glorioſam virginē: in quā ſuperuenit ſpūſſanctus: et totus đs illapſus portatur nouē mēſibus in vtero: credenduꝫ eſt: maiora ꝓmeruiſſe ꝟtutū ꝑuilegia: ⁊ percepiſſe gratiā: ab angelis etiā collaudatā.
Augꝰ. Suſcepit chriſtus de terra terrā: qꝛ de terra caro eſt: et de carne marie carnē accepit: ⁊ in ipſa carne hic ambulauit: ⁊ ipſam carnē nobis ad mādu candū ad ſalutē dedit. Apl's. Qui factus eſt ei ex ſemine dauid: ſcdm̄ carnē. Nam ſicut deus ex ſubſtātia patris ante ſecula natꝰ eſt: ita homo ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Naꝫ ſi de nihilo factus eſſet: ille homo vnitꝰ dō perſonaliter: ſicut nōnulli aſſerunt: vel de alio genere ꝙ̄ de adā? Humana natura q̄

Augꝰ. de natura et grā. ca. 36 3. ſen. diſ. 3. Quid autem.

1. io. 1.

Auguſti.

Auguſti.

Ro. 1.

III tota erat in adam: ꝛ ibi peccauit: nullo mo
do ſatiſfeciſſet deo ꝓ peccato ſuo: q̄ꝛ nec ip
ſe Adam: nec aliq̄s de genere illius natus
debitum illud ſoluiſſet. Et ſi chriſtus alie
nus eſſet ab humano genere quod pecca-
uerat: ſatiſfactio eius nulla ratione perti-
neret ad adam: et ex eo genitos; ꝛ non eis
ſubuenire poſſe videret̄ amplius q̄ꝫ diabo
Aug⁹: lus. Aug⁹. In vulua v̄ginis: genital' ſā
guis: et femineus humoꝛ fuit. Huic ſāgui-
ni vel humori v̄bū ſe miſcuit: ꝛ ſubam ſā-
guinis in carnē cōgelatā fecit. Acceſſit ſpi
ritus ſanctus: et hec que fuerāt verbi gluti
nis cōmaſſata: animādo formauit: et for-
Beda Aug⁹. mata diſtinxit. Beda Numer⁹. xl. ꝛ. vj.
L annoꝝ: ꝑfectioni dñici corpis aptiſſime cō
gruit. Tradūt enī naturaliū ſcꝑtores rex
formā corpis humani tot dieꝝ ſpacō ꝑfici:
q̄ꝛ vicꝫ ꝓrimis ſex a cōceptōe diebus: la-
ctis habeat ſimilitudinē: ſequētibus nouē
cōuertatur in ſanguinē: deinde. xij. ſolide
tur: reliquis: xviij. formet̄ vſqꝫ ad perfecta
liniamēta omniū membroꝝ: ꝛ hinc iam re
liquo tp̄e vſqꝫ ad tempus partus: magni-
tudine augeatur. Sex aūt et. viiij. ꝛ. xij. et
xviij. xlv. faciūt. Quibus ſi vnū adiecerī-
mus. i. ip̄m diē quo diſcretū p membra cor
pus cremen tum ſumere incipit: tot nimiꝝ
dies in edificatōne corporis dñi quo in fa
Iohis. 2: bricatōne templi annos inuenimus.
Aug⁹. Aug⁹. Nō in vtero virginis prius cōcep
ta eſt: ꝛ poſtmodū diuinitas venit in car-
Iohis. I. nem: ſꝫ mox vt venit v̄bum ī vtero: ſuato
ꝓꝑe nature varietate: factū eſt caro: ꝛ ꝑfe-
ctus homo. i. in veritate carnis et anīe: na
tus eſt de carne illa: cui vnitum eſt verbū.
Eſt quoqꝫ alia rō. Dictū eſt nimiꝝ alibi:
q̄ꝛ hoc q̄d aſſumit̄ ad ꝓlem de parēte: nul-
lam habet volūtatem: ideoqꝫ nullum pec
catum. Itaqꝫ ꝑſpicuum eſt: q̄m in eo q̄ fili
us dei in ſuam perſonam aſſumpſit: de vir
gine nulla potuit eſſe macl'a peccati. Au
Aug⁹. guſtinus. Incōmutabilis veritas ꝑ ſpm̄
animā: et ꝑ animā corpus ſuſcipiens: toto
homīe aſſumpto ab om̄ibus eū infirmitati
bus liberauit. Quicquid enī homīs non
de quo. 3. in ſe aſſumpſit: nec liberauit. Sicut aūt
ſen. di. 22 in ſepulchro carnē ſuā moriēdo nō deſeru
ca. 2. it: ſic ī vtero v̄ginis eā naſcēdo formauit.
Sic ḡ nō diſcedēte vita: mortuus eſt: ſicut
paſſus eſt: nō pereūte vite potētia. Quā-
uis ergo raro reliquerit animā: et expira-
uerit: deitas tamē neutꝝ reliquit: ex q̄ ver

bum caro factum eſt. Quidā flagitāt ſi- R
bi reddi rationem: q̄uō d̄s homini ꝑmix-
tus ſit: vt vna ꝑſona chriſti fieret: cum hoc
ſemel fieri potuerit: quaſi ratiōem ip̄i red
dant de re que quotidie fit: q̄uō miſceatur
anima corpori vt vna perſona fiat homīs.
Nā ſicut in vnitate perſone anima vtitur
corpe: vt homo ſit: ita in vnitate perſone:
deus vtitur homīe vt chriſtus ſit. In illa
igitur perſona: mixtura eſt anime ꝛ corpo
ris: et in hac perſona mixtura eſt dei ꝛ ho-
minis: ſi tamē recedat auditor a cōſuetudi
ne corpoꝝ: q̄ꝛ ſolēt duo liquores ita miſce-
ri: vt neuter ſeruet integritatem ſuā: q̄ꝫq̄ꝫ
et ip̄is corporibus aeris lux incorporea mi
ſceatur. Ergo perſona homīs: mixtura eſt
anime ꝛ corpis. Cū enī v̄bum dei ꝑmixtū
eſt anime herēti corpus: ſimul et animā ſu
ſcipit et corpus. Illud quotidie fit ad pro
creādos hoīes: hoc ſemel factum eſt ad li-
berandos homies. Verūtamē duarū rerū
incorporearū cōmixtio: facilius credi de-
buit: q̄ꝫ vnius in corpe. Nā ſi anima in ſui
completã certa fide iã credimus: ita in car
ne noſtra futurã certa ſpe nõ dubitamus.
Ro. 6: Ita eni dicit apl̄us. Si complãtati ſum⁹
ſimilitudini mortis eius: ſimul et reſurre-
ctionis erim⁹. Que aũt illa ſit ſimilitudo
mortis audiamus ab ip̄o. Complãtati enĩ
ſumus ei per baptiſmum ĩ mortē: vt quõ
chriſtus reſurrexit a mortuis: per gloriam
patris: ita et nos in nouitate vite ambule
mus. Hec mortis ſimilitudo peccati eſt ab
lutio perfecta: nouitas vero vite: obſerua-
tio iuſticie. Hec ip̄a ē prima reſurrectõ ani
me: de qua dicit Johãnes: Beati q̄ habẽt
partẽ in reſurrectione p̄ma: in his ſecũda
mors: id eſt eterna nõ habet poteſtatem.
Hec eadem vera eſt circumciſio: ꝑ quã non
artem carnis petrinis cultris expoliam⁹:
ſ; veterẽ hominẽ: id ē veteris homĩs ſimi-
litudinẽ chriſto cõformati cũ ſuis actibus
deponimus. De q̄ alibi dic̄ apl̄s. Nõ enim
ephe. 2 circũciſio eſt que ſit ĩ manifeſto: id eſt ĩ car
ne: ſ; circũciſio cordis que non fit littera ſ;
ſpiritu. Illa ergo exterior huius interioꝝ
figura eſt: ſicut de abrahã iam p fidē iuſti
ficato dicit ip̄e apl̄s: q: ſignum circũciſiõis
accepit ſignacl̄; iuſticie. Bũ aũt ꝯuenit oc
taue nr̃e: ꝙ circũciſio carnis ĩ ea ꝑte fit cor IIII
poris: p quã humana mortalitas ꝓpagat̃.
Vera eni circũciſio ĩ nr̃a octaua: id ē in ge
nerali reſurrectõe cõplebit̃: cũ corruptibi-
le hoc incorruptibili: ꝛ mortale hoc ĩmorta
litate veſtiet̃. Sic aũt ĩ ea pte carnis viſa ē
impleri carnaliter: vt ſignificaret̃ implẽda
ſpũaliter: licet vt nõ exhibeat̃ corpalr̃: q̄ti
nus ſm apl̄m: nõ exhibeam⁹ mẽbra nr̃a ar
ma iniq̄tatis pctõ: ſ; arma iuſticie deo. Cir
cũcidam⁹ ḡ aures ab illicito auditu: ocl̄os
ab illicito viſu: nares ab illicito olfactu: os
ab illicito guſtu: cor ab illicita cogitatiõe:
linguã ab illicita locutõe: man⁹ ab illicito
tactu: pedes ab illicito īceſſu: ne ſm ꝓphe
tã mors intret ad aĩas nr̃as ꝑ feneſtras.
Vñ p̄m⁹ martir: iudeis ſenſus corpis ab il
licitꝭ nõ obſuãtib⁹ dic̄. Incircũciſi cordi-
bus et auribus: vos ſꝑ ſpũiſctõ reſtitiſtis.
Quotiēs ḡ feſtiuitatē iſtã annuis ſolẽnita
tib⁹ frequẽtamus: ſm fidẽ geſtoꝝ: que de
ea legũtur honorem⁹: ꝛ eã ad moꝝ edifica
tionẽ referẽtes: fidẽ firmã: charitatẽ nõ fic
tã: ſpẽ certã tã diu teneam⁹: donec euacua
to qđ ex ꝑte ē pfectionẽ nobis ꝓmiſſam cõ
p̄hẽdere mereamur. His eni incõcuſſe ma
nẽtib⁹ diſſoluta hui⁹ habitatõis domo: do
mũ nõ manufactã eternã ĩ cel̄ p̄paratã ha-
beamus: p̄ſtante dño noſtro.

In epiphania domini.

C Um nat⁹ eēt ieſus ĩ bethleem
iude in diebus herodis regis.
ecce magi ab oriente venerunt
hieroſolymã dicẽtes. vbi ē q̄ na. ē. r. iu.
Tẽpus quoqꝫ herodis dñico atteſtat̃ aduentu Beda
Predictũ nãqꝫ fuerat. q: nõ deficiet pricepſ ex
iuda: neqꝫ dux de femorib⁹ ei⁹: donec veniat qui
mittẽdus ē. Ex quo p̄res de egipto exierunt ſue Gen. 49.
gẽtis ducib⁹ vſqꝫ ad ſamuelẽ ꝓphetã regebant̃
deide regib⁹ vſqꝫ ad trãſmigrationẽ babilonis.
Poſt reditũ vo de babilõe ꝑ põtifices rex ſũma
gerebat̃ vſqꝫ ad hircanũ regẽ ſimul et põtificē
quo ĩ tpe fraude ab herode cui⁹ p̄rem ip̄e Hir-
can⁹ de ignobili aduena: hoc ē gẽtis idumee: ſub
limauerat: iudee regnũ ip̄i herodi iuſſu ceſaris
auguſti tradit̃ gubernãdũ. Verꝫ q: herodis mẽ
tio hic ſe intulit: qualiter ad iudaici regni apicē
ꝑuenerit ꝯſtrigã. Cũ ei hi q̄ d' mathatie ſtirpe de
ſcẽderãt: ꝑ aliq̄ annoꝝ ſpacia ducatũ regni iude
orũ tenuiſſent: ꝑuenit tãdẽ ptãs ad quẽdã virũ
ex ſtirpe eoꝝ genitũ noĩe alexãdꝝ. Qui cũ p⁹ ali
qđ temp⁹ obijſſet: reliquit vxorem cum duobus
ꝑuulis: quoꝝ vn⁹ Ariſtobolus: alter hircan⁹ vo
cabat̃. Qui cũ adulti eēñt: deſiderio regnãdi iur
gia inter ſe hr̃e cepẽt. Et erat tũc q̄dã vir nomĩe
antipater fortꝭ virib⁹ facultate ditiſſim⁹ ex hero

de quodā genitꝰ: qui in templo Appollinis erat
edituus. Hūc ſibi hircanus ĩ amicitiā ⁊ ſocieta
tē cōtra frēm vocauit. Cumqꝫ eū nō ſolū armis:
ſed etiā facultatibꝰ adiuuaret: ita etiā romanoꝝ
ducū auxiliū petere pdocuit. eo ꝙ tūc romani p̄
ceteris hominibus in ordinādis regni negotijs fi
de et ſapiā et fortitudīe p̄cellerēt. Et qꝛ longum
eſt ire p ſingula: cū Ariſtobolus a romanis cap
tus: ſub cuſtodia duceret̃: ducatꝰ iudaici regni
ad Hircanū puenit. Tūc memor bñficij ab an
tipatro ſibi collati: eū vt amicū ⁊ ſociū coluit: in
tm̄: vt pcuratōem alicuꝰ ptis iudaici regni ei ſb
ſe cōmitteret. Habuit vo idē antipater vxorem
Cypdem nomīe: ex arabico genere natā: ex qua
habuit duos filios: quoꝝ vnū faſelū: alteꝝ he
rodē nomīauit. Cūqꝫ lōgo cōfectus ſenio vitam
finiſſet: prātem quā ab hircano ĩ iudeis accepe
rat: herodi filio ſuo reliqt. Qui cū callidꝰ ⁊ cau
tus ſtrēnue ea q̄ ad ſe ptinebāt agere cepiſſ;: hir
cani nepte filiā Ariſtoboli duxit in vxorem. Cuꝫ
vo poſt aliqđ tēpus Hircanus in plio qđ cōtra
Arabas ſuſcepit: ea prius eſſet: etiā in exilio detē
tus eſt. Tūc p̄mū herodes quaſi vice illius po
teſtatē eius obtinuit. Sꝫ cū poſt aliqđ tempus
Hircanus amputatis auribus iudeā reuertere
tur: ſimulauit ſe idē herodes eū in pace ſuſcipe.
Sed poſtea cū eum fraude necaſſet: fraudulen
ter poteſtatē illius obtinuit. Et p̄mum a Caſſo
romanoꝝ duce: poſtea ab ipo imparore ptāte ac
cepta: regnū iudeoꝝ ſibi ſubiugauit. Hac igitur
fraudulētia: p̄mus ex alienigenis Herodes reg
nū iudeoꝝ ſub ſua cuſtodia accepit Quo regnā
te: dñs noſter ieſus chriſtus ſm pphetas p̄dictꝰ
natus eſt in bethlehem iude. Anno. xxxj. Augu
ſti ceſaris. In bethlehē iude dī: qꝛ eſt ⁊ alia beth
leem ĩ galilea. Magi ab oriēte venerūt. i. a ptibꝰ
q̄ ſūt verſus orientē. Erāt eni de terra pſarum ⁊
chaldeoꝝ: vbi eſt ſaba fluuius. Vñ Sabea re
gio vocatur. [Vidimꝰ eni ſtellam eius ĩ orien
te: et venimꝰ adorare eum.] Ad confuſioneꝫ
iudeoꝝ dictū eſt vidimus ſtellam eius: vt nati
uitatē chriſti a gētibus diſcerēt. Succeſſores ba
laā fuerūt magi: qui ſtellā nouerūt vaticinio eiꝰ.
Ille ſtellā vidit in ſpū: iſti viderūt oculis ⁊ credi
derūt. Vtiqꝫ nō adoraſſent. ſi puulū tātummo
do credidiſſent. Angelus apparuit paſtoribus
nato dñ o magis ſtella. qꝛ iudeis tanqꝫ rōe vten
tibꝰ creatura rōnal' p̄dicari debuit: ⁊ gētibꝰ q̄ſi rō
ne carētibꝰ ſigna dāda erāt Et dignū fuit. vt iam
loquēte dño apl'i gētibus p̄dicarēt. Et nec dū eo
loquēte elemēta p̄dicarēt. Magi appellati ſūt re
ges orietales. vl' qꝛ d̄ ſtirpe balaā fuerūt: q ml'ŭ
ſcijt de incātatōibus. vel qꝛ fefellerūt herodeꝫ
p aliā viam regreſſi in patriā. Magi etiā dicunt̃
qui vel per ſtellas. vel p aues. ſeu p quelibet alia
ſigna putant aliqua cognoſcere. [Audiens aūt
herodes rex turbatus eſt et oĩs hieroſolyma
cū eo.] Regē celi nato rex terre turbatus eſt. qꝛ
terrena altitudo cōfundit̃: cū celeſtis celſitudo
aperit̃. Turbat̃ hieroſolyma fauēs herodi queꝫ
timebat iuxta illud ſalomonis. Rex iniuſtꝰ om
nes miniſtros habet impios. Et cōgregās
oĩes p̄ncipes ſacerdotū et ſcribas po
puli ſciſſitabatur ab eis vbi chriſtus na
ſceret̃. At illi dixerūt ei. In bethleeꝫ iu
de. Sic eni ſcptū eſt p prophetā. Et tu
bethleeꝫ terra iuda nequaq̄ꝫ minima es
in principibus iuda. Ex te enim exiet
dux qui regat populum meum iſrael.
Bethleem vicus quidem minimus eſt. ſꝫ neq̄q̄ꝫ
minima es in p̄ncipibꝰ iuda. i. in excellētia digni
tatis p̄ncipum iuda. In ea eni naſcet̃ ſaluator.
Hoc teſtimoniū michee pphete eſt: ſed euāgeli
ſta more ſue ſentētiā pphete ſumēs vba mutat.
Tunc herodes clam vocatis magis di
ligēter didicit ab eis tempus ſtelle que
apparuit eis. Et mittens illos in beth
leem dixit. Ite et interrogate diligēter
de puero. ⁊ cum inueneritis renunciate
mihi. vt et ego veniens adorem eum.
Cognito loco et tpe pſonā pueri non vult ignora
re. Herodes ſignificat hypocritas aliud dicētes
⁊ aliud cogitātes. q dū ficte dm̄ querūt nūq̄ꝫ in
uenire merētur. Qui cū audiſſent regeꝫ
abierunt. Et ecce ſtella quā viderant in
oriente antecedebat eos vſqꝫ dū veni
ens ſtaret ſupra vbi erat puer. Magis
appropinquātibus hieroſolimā diſparuit ſtella
quia q̄cūqꝫ ppinq̄t ad hypocritas et hereticos
dei lucē amittit. Sꝫ poſtq̄ꝫ recedit ab eis diuinā
lucē recupat. vt chriſtū credat de vgine natum.
Stella dominū diſcernens non tenuit ſydereas
vias. ſed domi vicina ſtetit ſupra ſubaudis locū
vbi erat puer. Hec ſtella vt ait fulgentiꝰ nunq̄ꝫ
antea apparuit q̄ꝫ magis p̄uia putaret̃. ſꝫ tunc
creata eſt. et peracto officio mox eſſe deſijt.
Videntes āt ſtellā magi. gauiſi ſūt gau
dio magno valde. Et intrātes domum
inuenerunt puerum cū maria matre eiꝰ
Et procidentes adorauerunt eum.
Et intrātes domū id eſt diuerſoriū. quod lucas
cōmemorat. Inuenerūt puerū ⁊ mrēm eiꝰ ioſeph
aūt idcirco tacet̃. qꝛ nullū de officijs ad nutriciū
ptinētibꝰ cōmemorat̃. Vel fortaſſis nō aderat.
ne male ſuſpitiōis occaſio eēt. Et pcidēres tam
mēte q̄ꝫ corpe hūiliter adorāt ĩ carne vbū. [Et
apertis theſaur; ſuis obtulerūt ei mūera. aurū. thꝰ
et mirrā.] In auro regē. ĩ thure deū. ĩ mirra mor
talē ĩtellige. Auꝝ nāqꝫ ad tributū. thus ad ſacri
ficiū. mirra ad ſepulturā ptinet mortuoꝝ. qꝛ ſo
let mirra ↄdiri ne putreſcāt. Habes itaqꝫ ĩ his
nō modicā ſacroꝝ ↄgnitōꝫ ĩ hoīe mort;. ĩ deo re
ſurrectōis ĩ rege iudicij. ĩ auro quoqꝫ ſapiāꝫ intel
lige. vt ait ſalomō. Theſaurꝰ deſiderabil' requi
eſcet ĩ ore ſapiētis. In thure vtutē orōis. vt illud.
Dirigat̃ orō mea ſic incēſū ĩ cōſpectu tuo. In mir
ra ĩtellige nr̄e carnis mortificatōꝫ. Vñ illđ Ma

Marginal notes (left): Beda. — Nota bñ: — Oñ due bethleeꝫ ſunt. — Ambro. — Gregoriꝰ. — Gregoriꝰ.
Marginal notes (right): Gregoriꝰ: — Fulgētiꝰ — Hil. — Gregoriꝰ.

Hil. nus mee diſtillauerūt mirrā p̄mā. Miſtice ſtelle
ort⁹ p̄mū a magiſ intellect⁹: indicat mox gētes ī
Rab. xp̄m crediturās. Stella enī p̄ pp̄heticū ſmonē
xp̄i ortū ꝯfitētē ſignificat. herodes vō diabolū.
q ꝯgnita ſibi ntitate pſeqͥ eū ī mēbris ſuis. Ad
quē magi pgūt. dū ab ydolatria gētes recedūt. ⁊
ad domū in q̄ chriſt⁹ ē. i. ad catholicā eccl'iam p̄
ueniūt. In quā p̄ fidē intrātes inuenerūt chriſtū
cū maria mr̄e ei⁹. Chriſti mr̄ intelligiͭ fideliū ſo
cietas. in q̄ chriſt⁹ p̄ fidē habitat. Apertis theſau
ris. i. l'raꝝ p̄icia obtulerūt ei terna mūerā. ſ. phicā
logicā. ethicā. vl' hiſtoriā. allegoriā. tropologiā.
vl' ſcē trinitatiſ fidē. Noīa aūt triū magoꝝ ebrai
ce Appelli⁹. amer⁹. damaſc⁹. Appelli⁹ interp̄ta
tur fidel'. Amer⁹ hūil'. damaſc⁹ mi̇ſicors. greca
aūt lingua vocati ſūt: Magalath. galgalath.
Saracin. Malgalath interp̄taͭ nūci⁹. Galga
lath deuot⁹ Saracin gr̄a. [Et reſpōſo accepto
ī ſōnis ne redirēt ad herodē p̄ aliā viā reuer. ſūt
in re. ſu.] Pio affectu deſiderātes q̄d diuina iu
beret volūtas. accipiūt reſpōſū nō p̄ āgelū ſed a
dn̄o diuinit⁹ edocētur. ne redeāt ad herodē. In
Vſa. quo admonemur oēm ſalutē ⁊ ſpē ī chriſto loca
re. et ab itinere p̄oris vite abſtinere. Per aliā viā
ad regionē nr̄am regredimur obediēdo. a q̄ diſ
Gregori⁹. ceſſimus inobediendo.

De eo q̄ oīs creatura dici poſſit theo
phania. et de tribus apparitionibus.

P heophania eſt apparitio diuina.
Ip̄a ē ſimilitudo diuina. In q̄ ap
paret ⁊ manifeſtaͭ de⁹. Si q̄s om
nē creaturā theophaniā dixerit: n̄ errabit.
Theophania potētie ē creaturaꝝ magni
tudo. Theophāia ſapīe creaͭaꝝ pulchritu
do. Theophania bonitatis: creaturaꝝ vti
litas. Oīs creatura aliquā ſilitudinē ha
bet cū dō. Prima ſilitudo creature ad deū
eſt q̄d eſt. Secūda q̄ vna ē. Tercia q̄ oē
q̄d eſt in hoc ē q̄ vnū eſt. Sz ex his q̄ ſunt:
⁊ vnū ſūt: alia ex vno ſūt: vt naturalr̄ ſim
plicia: alia ex plib⁹ vt cōpoſita. Illa aūt q̄
ſūt ⁊ vnū ſunt: et ex vno ſūt: magiſ dō ſilia
ſūt: p̄cipue ſi vnitatē ſuā quā ex plib⁹ n̄ col
ligūt: ad plā nō effūdūt. Tales ſūt nature
ſpiritales: q̄ magis ad ſilitudinē dei acce
dūt: q̄z nec ex plibus ſūt. q̄z ſūt natura ſim
plicia: nec plā ex ip̄is. q̄z nō p̄ūt eē materia
In his poſuit dn̄s duo ad naturā: duo ad
formā: vita et ſenſū: ad naturā cognitōem
et dilectionē ad formā: ad vitā cognitōem
ad ſenſū dilectōem. Hec duo ſupma: ⁊ deo
p̄xima ſūt: ⁊ expſſa imago: cognitio v̄itatiſ
et amor v̄tutiſ. Preterea vidēdū ē de trib⁹
indicijs q̄b⁹ chriſt⁹ hodie apparere voluit.
Cū creator oīm frēs chariſſimi formā ſerui
p̄ ſeruis accipiēs: latēter ī mōm veniſſet:
voluit ſe trib⁹ hodie indicijs hoīb⁹ demon
ſtrate. Hodie enī in bethleem a magiſ ē ado IIII
ratus. Hodie a iohāne ī iordāe baptiſat⁹ ē
Hodie in nuptijs mutatōe aque ī vinū cla Math. 2
rificat⁹ ē. Prima manifeſtatio facta ē ī pri Luce. 3
mo anno natiuitatiſ ſue. ſecūdā ī triceſimo. iob. 2.
tercia ī ſequēti āno p⁹ triceſimū annū. Di
uina diſpōe he tres manifeſtatōes eodem
die diuerſis annis cōtigerūt. Sz mō de pri
ma agamus. Voluit nāq̄ dn̄s oſtēſiōe no Q
ue ſtelle tribus magis ī chaldea poſitiſ na Math. 2.
tiuitatē ſuā oſtēdere. Cumq̄ periti aſtroꝝ
et nouā ſtellā apparere viderēt: ei⁹ peritia
artis ortū nouū regē intellexerūt. Sed q̄z
quidā pp̄heta multiſ aū tp̄ibus balaā apō
eos p̄dixerat. Orieͭ ſtella ex iacob: ⁊ ex Nūe. 24.
urget vir de iſrl': cū mirabilē ſtellā nec vlli
cōparabilem cōſpicerēt: illum de quo ba
laam p̄nunciauerat: natum fuiſſe credide
runt. Veniunt autē diuina inſpiratione ī
hieruſalē: que metropolis erat iude. Diu
tunt ad herodē: querunt de puero. Cumq̄
diuerterēt ad herodē: diſparuit eis ſtella.
Herodes autē vocās ſcribas interrogauit
vbi meſſias q̄ promiſſus erat in lege naſci
turus eſſet. Dicūt ei: In bethleem. Hero
des igiͭ cum eſſet alienigena: ⁊ regnum iu
dee dono romanoꝝ iniuſte poſſideret: co
gitauit: q̄uō pueꝝ poſſet occidere: timens:
ne regnū amitteret. Non eſt igiͭ auſus ire
cum magis ad querendum pueꝝ: ne parē
tes pueꝝ occultarēt: cū aduētum regiſ au
dirēt. Precepit ḡ magis diligēter pueꝝ in
q̄rere: ⁊ ſibi renunciare: ⁊ ait ſe velle eum
adoraͤ. Diſcedūt magi: videͭ iteꝝ ſtella.
Letātur ⁊ ea p̄uia veniūt ī bethleez. Stel
la vō ū erat ī celo fixa: ſʒ in aere pendebat.
Oſtēdit ḡ domū manifeſte vbi erat puer.
More aūt pſarū offerūt munera: ſacramē
to tā cōgrua. Auꝝ ſcz thus: ⁊ mirrā. Auro
regē: thure deum ⁊ ſacerdotez: mirrā mor
talē ſignificantes. Ecce p̄ma apparitio. In Luce. 3
trigeſimo vero anno venit ad iohānē: qui
baptizabat nō in remiſſione peccatoꝝ: ſʒ in
p̄patōne baptiſmatis chriſti: vt hoīes mā
ſueti n̄ abhorrerēt baptiſmū xp̄i. Cūq̄ aq̄
prius abluerent corp̄a. voluit eis ſanctifi
care: vt ptātez mundādi aīas haberent.
Jeſus ḡ imunūis a pctō baptiſari petit: vt
aquā ſctificz: ⁊ hoīb⁹ exēplū daret. Eo bap
tizato apti ſunt celi: ⁊ vidit ſpūm in ſpē co
lūbe deſcēdētē ſup ſe: ⁊ vox p̄ris audita ē.
H ē fi. me. di. in q̄ mi. bn̄ cōpla: Ecce ſcda de
mōſtratio. In ſeq̄nti vō āno inuitat⁹ ē ad

IIII nuptias defecit vinū: iuſſit impleri ſex hy
drias aq̄: ⁊ mutauit aquā ī vinum. Et hoc
fuit initiū ſignoꝝ. His tribus indicijs fra
tres chariſſimi manifeſtauit ſe chriſtꝰ mū
do: ⁊ in oībus deus apparuit. In primo
adorat̄ a magis vt d̄s. In ſecūdo voce pa
tris filiꝰ d̄i aſſerit̄. In tercio ſic̄ p miraclm
primū diuina potentia declarat̄. vocat̄ ita
q̄ hic dies Theophania: que vt ſupra di
ctū eſt: diuina appitio interp̄tatur. Audi
ſtis veritatē hyſtorie: cauſam quoq̄ noīs
didiciſtis huius feſtiuitatis. Videamus
itaq̄ nūc ſi quid myſterij p̄terea in ſupra
dictis lateat.

Diuiſio

R i Deo fratres fulgens ſtella appuit
quia lumē eſſe in tenebris exortū
populo ſignificauit: de quo dicit̄.
Luce. 2
Erat lux vera ⁊c̄. Ideo appuit gentibus.
quia gētes p̄nunciabat lucē fidei receptu
ras: iuxta Eſaiā. Populꝰ qui ambulabat
in tenebris vidit lucē magnā ⁊c̄. In beth
leem voluit naſci: quia bethleem domꝰ pa
nis interp̄tatur. Ergo in ea natus eſt: ⁊ in
hieruſalē que erat ꝑloſa mortē ſubijt: q̄
nō querebat gloriā mundi. Magiſter eīn
hūilitatis de paupibus parentibꝰ in hūi
li loco: in vili p̄ſepio naſci dignatus ē: mo
riturus vero: elegit populoſam vrbē: vt
in cōſpectu tot hominū qui cōuenerāt ad
feſtiuitatē: cū maiori opprobrio ꝑ nob ſu
ſciperet mortem. Dum diuertūt ad hero
dem: ſtellā āmiſerunt ducē: quia herodes
diabolꝰ. Ad quē q̄ diuertit amiſſo vero
lumīe excecat̄. quē q̄ deſerit: ſtatim vex lu
mē recipit qd̄ āmiſerat. Domus vbi puer
erat: ſignificat eccleſiā. Quicūq̄ aūt que
rūt xp̄m: in eccleſia eū inueniūt: ibi eū ado
rant ⁊ colūt. Inuento aūt xp̄o: quid offer
re debeamꝰ: in muneribꝰ eoꝝ didicimus.
Mirrā videlic̄. Mirra cōpetit mortuis:
q̄ amaritudine eiꝰ vermes extinguuntur
Homo aūt accedēs ad eccleſiā mortificare
debet carnē cū vicijs ⁊ cōcupiſcētijs: ne v
mes pctōꝝ naſcant̄. Extinctis vicijs neceſ
ſaria ē oro q̄ p thus ſignificat̄: q̄ impetrat
veniā. De quo dicit̄ dirigat̄ oro ⁊c̄. Inde
ſequūt̄ opa caritatis: que p aurū deſignāt̄
Sicut eīn ceteris metallis p̄ualet: ſic inter
ceteras virtutes caritas p̄cellit. Ipa ē nā
q̄ plenitudo legis. Hec tria igit̄ neceſſaria
ſunt: pnīa q̄ p mirrā: oro que p thus: cari
tas q̄ p aurū ſignificat̄. In ſcd̄a aūt mani
feſtatōe: ſunt oſtēſa ſacra nr̄e ſalutis. Vo
luit eīn in ſe oñdere dū baptiſaret̄: q̄d ba
ptiſatis cōferret̄. Qñ aliq̄s in baptiſmo
regenerat̄: ibi tota trinitas opat̄. Vñ tota
trinitas oñſa ē: vbi xp̄s baptiſatꝰ ē. Filiꝰ
erat in xp̄o: ſpūs in colūba: pr̄ in voce ſe re
uelauit. Spūs in colūba appuit: q̄ colum Mth. 3
ba ē auis magne ſimplicitat̄. Per hāc aūt
aūt innocentiā voluit ſignificare: q̄ cōfert
regenerat̄. q̄ pr̄ dixit. Hic ē filiꝰ ⁊c̄. ſignifi
cat q̄ baptiſati filij dei ſunt: ⁊ q̄ priꝰ diſpli
cebant: incipiunt ei placere. q̄ appti ſunt
celi ſignificabat baptiſatis celū reſerari qd̄
prius erat ꝑ pctō obſeratū. Nuptie vero
in quibꝰ ſe tercio manifeſtauit: ſignificat
copulatōnem xp̄i ⁊ eccl̄ie. In quibꝰ muta ioh. 2.
tur aqua in vinū: dū vetꝰ lex cōuerſa ē in
euāgeliū. Lex antiqua: aque cōpat̄: quia
ſubiectos ſibi ad amorē dei nō iſlāmabat.
Euangeliū eſt vinū qd̄ fideles in dei amo
re per inſpiratōe ſpūs facit feruere. Tan
tis ⁊ talibꝰ ſacramētis. Hec dies fratres ca B
riſſimi cōſecrata ē: ⁊ q̄dammō maior ē hec
feſtiuitas: q̄ natiuitatis ſolēnitas. Maior
eſt enī (vt ait Augꝰ) ſcd̄a q̄ p̄ma natiuitas
In hāc enī habuit baptiſmꝰ initiū qui eſt Auguſti.
regeneratio animaꝝ. In hac aq̄ effecta eſt
m̄r mltoꝝ populoꝝ. Prima natiuitas eſt
carnalis: hec aūt eſt ſpūalis. Sic̄ g̊ dignior
eſt aīa q̄ caro: ſic natiuitas anīe dignior ē
q̄ carnis. in p̄ma ingreſſus ē in mūdū: in ſe
cūda ingreſſus ē ī celū. Quā oportune hec
tria ſub tali ordine vno die cōuenerūt: ſtel
la ducēs ad chriſtū baptiſmatis ſacramētū
mutatio aque ī vinū: Et in hoc ordīe appa math. 2
ret inſtructio nr̄e vite. Cū enī cōuertit̄ ali
q̄s ad fidē: ſtella id ē lux fidei ducit ad chri
ſtū. Deīde poſtq̄ ad chriſtū inſtructꝰ eſt fi
de: accedit ad baptiſmatis ſacramētū: po
ſtea potat̄ et reficit̄ p euāgelice doctrīe po
culū. Qui ne deficiat ī via ſiti: parat̄ quoti
die potꝰ p̄dicatōis pegrināti. Ergo hec ſo
lēnitas tot miſterijs plena: ſūma deuotiōe
eſt celebrāda. Qm̄ hodie gaudetis de na
tiuitate nr̄a: q̄ hodie initiū ſumit ī baptiſ
mo: hodie q̄ꝫ gaudeatis de ꝯuerſiōe gētiū
q̄ꝝ p̄mitie hac ī die acceſſerūt ad xp̄m: ma
gi vic̄ q̄s cū muneribus ad ſe attraxerat.
Quare hos tres magos attraxerat? Quia
tres ptes mūdi: Aſiā: Affricā: Europam: fi
de ⁊ operatione ad ſe trahere voluit. Ve
rū cum in eo fuerit plenitudo diuinitatis
corporaliter: et nihil poſſet ei gratie acci

Math.3. dere:cur eſt baptiſatꝰ:vt nob aq̄s ad bap-
tiſma ſanctificaret. Quare in aqua bapti-
ſatur: Quia aqua cōtraria eſt igni. Ignis
enim peccatum eſt. Sicut ira in animo:ſic
et cōcupiſcentia in carne. Et aūt ignis ex
tinguatur:in aqua baptizatur. Sicq̨ pec-
catū deletur:ne igne eterni ſupplicij puniatur.
Alr̄ aqua ſordes diluit:ſitiꝫ extinguit:
hy imaginē reddit: ita gr̄a ſpūſſancti ī bap
tiſmate:ſordes peccatoꝝ abluit:ſitim anie
xp̄o dei reſtinguit:imaginē dei per culpā
amiſſam reſtituit. Nūc igiꝰ ad menſas no-
ſtras ſuſcipiamꝰ chriſtū hodierno baptiſa
tum:qui et hodie ſuſcepit gentes ad ſe ve
nientes. In paupe veſtiꝰ:in paupe paſciꝰ:
paup enī ī mūdo fuit: et pauperibus reg-
nū tribuit:ꝛ paupes diligit. Ipſe enī ait.
Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis:mihi fe
ciſtis. Si eos recipitis in mūdo: et ipi vos
recipient in celo. Unde dn̄s. Facite vobiſ
amicos de mām̄ona iniquitatis ꝛc̄. Unde
iteꝝ: Beati paupes ſpiritu. Dn̄s aūt nr̄ ie
ſus chriſtus qui ꝓ nobis voluit in mundū
deſcendere: det nob incrementū virtutuꝫ
ad celeſtia aſcendere. Amen.

Item de eodem euangelio.

Cum natus eſſet ieſus in bethlehē
iude in diebus herodis regis. ꝛc̄.
Math 2 Quid hic textus euāgelij ſignificꝫ
chariſſimi:breuiter refero veſtre dilectōi.
Qd̄ tres magi ad dn̄m venerāt: ſignificat
ꝙ tres ptes mūdi: Aſia: Affrica: Europa:
fidei ſancte trinitatis colla ſubdere debe-
bant. Qd̄ terciadecima die venerūt:denū
ciat ꝙ tres ptes mūdi decalogū legis ꝑ eū
recepeꝛt. Ter ꝗꝫ quattuor faciūt duodecī
Abſq̨ die natalis dn̄i:duodecim dies com
putantur:qꝛ per duodecim ap̄los quattu-
or plage mūdi ad fidē ſancte trinitatis con
uertebantur. Rex impius qui de illorum
aduentu turbatur:eſt dyabolus: qui fide-
libus in via ſalutis inſidiatur. Stella qui
eos ad chriſtum ducit: eſt ſacra ſcriptura:
que nobis iter ad vitam oſtendit. Domuſ
in qua chriſtus inuenitur:eſt eccleſia vl' ſu
perna patria:vbi dn̄s videbitur in gloria
ſua. Munera que magi offerūt ſunt bona
opera:que fideles deo ꝑ fidem pſoluunt.
Aurum ei offertur: dū rex omniū et p̄ciuꝫ
noſtre redemptōis creditur. Thus ei im
molatur: dum deus ſuper omnia: et ſacri-
ficium deo p̄ri ꝓ nob p̄dicaꝰ. Mirra ei ſa-
crificaꝰ: dū ſua mortalitate putredo vitio-
rū nr̄oꝝ exterminata affirmaꝰ. Hec ꝗꝫ tria
munera nos deo offerimꝰ:ſi eum vbiq̨ re-
gnātē cūcta vt deū gubernātē: ꝓ nob mor
talē fcm̄ credimus. Magi in p̄riam rede-
unt p aliā ſemitā:qꝛ nimiꝝ neceſſe ē:vt noſ
qui ꝑ ſupbie venimus in huiꝰ exilij miſe-
riā:pariter humilitatis reūtamur ad para
diſi patriam. Hec ſtella clarior ſole fuit:
vñ et in die radians a ſole obſcurari nō po
tuit. qꝛ ſolē ſol' ſuo fulgore p̄tulit. Hec etiā
in celo:nō cū alijs ſyderibus in aere prope
terrā cucurrit:qꝛ ꝯditorē aſtroꝝ terris il-
luxiſſe innotuit. Cur autē viſa ſtella magi
putauerūt dn̄m ī iudea ingrēdū: paucis ē
vobis dicendū. In libris ſuis legerant ſcp̄
tum ꝑ ꝓphetā ipſoꝝ balaam: de chriſto di
ctū. Orietur ſtella ex iacob: ꝛ exurget ho- Nūe.24.
mo potēs de iſrael. Cū d's ꝑ moyſen popu
lum ſuū de egypto duceret:ꝛ iter ꝑ terram
madian ad terrā repromiſſionis haberēt:
aduocauit rex balach ſacerdotē ydolorum
balaā:vt eis malediceret:ꝛ eos a regno ſuo
maledicto auerteret. Qui aſcendēs aſinā:
ad regē tetēdit: ſꝫ ei angelus dn̄i cū igneo
gladio in via obſtitit:inſuꝑ aſina locuta ꝓ
phetā increpuit. Tandē cū angelo pmittē
te ad regē ꝑueniſſet:ꝛ eū rex ī cacumē mō-
tis duxiſſet:intuitꝰ caſtra filioꝝ iſrl': chriſtū
de eis naſcituꝝ intellexit: ꝛ hec d' eo ꝓphe
tās p̄dixit. Orietur ſtella ex iacob:ꝛ cōſur
get homo de iſrael: cuiꝰ fortitudo vt rino-
cerotis:ꝛ oēm terrā ſibi ſubiugabit. Qui
poſtq̄ꝫ a rege pecuniam accepit: cōſiliū cō
tra eundē pp̄lm dedit: vicꝫ: vt puelle auro
ꝛ gēmis ornate:cuꝫ iuno ꝛ ydolo venienti
populo occurrerēt:ꝛ dū eas ad cōmixtio-
nē peterēt:pꝰus ydolo imolare cogerent:ꝛ
ſic offēſo deo: ꝑ manꝰ ipius corruerēt. Qd̄
ita euenit. Nā adoleſcētes vino inebriati
in amore puellaꝝ exarſerūt:ꝛ libidine vi-
cti:ydolo beelphegor ſacrificauerūt:vnde
xij. M. perieꝛt. Poſtea rex cū omi pp̄lo ſuo ꝛ
impio ꝯſiliatore gladio trāſuerberaꝰ: ꝛ to
ta regio ferro ꝛ igne vaſtaꝰ. Hec chariſſimi
ī figura p̄ceſſeꝛt:ſꝫ nr̄a tpa deſigueꝛt. Po-
pulꝰ q̄ d' egypto duciꝰ ꝑ moyſen ad terraꝫ
repromiſſiōis:ē chriſtianꝰ pp̄ls:q̄ p ieſū de
hoc mūdo duciꝰ ad p̄riaꝫ etne claritatꝭ. Rex
q̄ eis ī via obſtitit:ē diabolꝰ:q̄ multꝭ mōis
nobis iter vite obſtruit. Sacerdos qui aſi
na vehitur: eſt ordo malorum ſac̄dotum:
qui irrationabili deſideriorum ſuorum mo
tu regitur: Qui etiā ab aſina increpatur.

IIII qꝛ hoꝝ vita etiã a vulgo reprobaꝛ. Pro-
pheta obmuteſcit: et aſina loquiꝛ: qꝛ clero
tacẽte ꝟbũ dei ab indoctꝭ ſepe ꝓferꝛ. Vñ
Eſaie. 56 dicitur Canes muti non valentes latrare.
Ob conſciẽtiam praue vite a verbo dei ob
muteſcunt: ⁊ ne redarguanꝛ contra ꝑuer-
ſe viuentes: latratꝰ ꝑdicatiõis nõ edunt.
Quibꝰ cũ ab ãgelo flãmeo enſe obſiſtiꝛ: qꝛ
iudiciũ eterni ignis in omi ſcꝑtura eis ꝑ-
dicaꝛ: Balaam montẽ ſcandẽs: de futuris
ꝓphetat: et tñ peccunia corruptꝰ ꝓplm dei
impugnat: qꝛ ⁊ iſti aliqñ altitudinẽ ſcien-
tie attingũt: de futura vita ꝓplo plĩma pre
dicant: ⁊ his tñ ꝑ reprobã vitã cõtradicũt
Eze. 40. Vñ ꝑ ꝓphetã diciꝛ. Vidi in monte quaſi
edificiũ ciuitatis: ⁊ ecce terra aſcendit ſuꝑ
feneſtras. Ciuitas in monte edificata: eſt
eccleſia in chriſto locata. Sacerdotes ꝟo
ſunt feneſtre: ꝑ quos lumen diuine noti-
cie debuit ſubiectis ſplendeſcere. Sꝫ heu
terra ſuꝑ feneſtras creuit: et lumẽ intrare
nõ ſinit: qꝛ cupiditas terrenaꝝ rerũ: viſuꝫ
mentis ſacerdotũ excecat. et ideo lumẽ di
uine ſciẽtie per eos mĩme in eccleſiã radi-
at. Stella que de iacob orta fulſit: ẽ chri-
ſtus qui de genere iſrahel mundo illuxit.
Nu. 24. Cuiꝰ virtus vt vnicornis fuit: qui oĩa ob-
ſtantia cornu ſuppꝛimit. De q̊ vnicornu di-
Phiſiolo-gus. cit Phyſiologꝰ: hãc naturã habere ꝙ vni-
cornis ſit: ⁊ ꝙ ſit puſillum aĩal: ⁊ hedo ſi
milis acerrimũqꝫ: atqꝫ illud ſingulare cor-
nu in capite habeat: ⁊ nullus venator euꝫ
caꝑe poteſt. Sed hoc argumento capiunt
illũ. Ducũt puellam virginẽ in illũ locum
vbi moraꝛ: ⁊ dimittũt eam ibi ſolam: Ille
aũt mox vt viderit eã: ſalit in ſinũ virgis
et cõplectiꝛ eam: donec obdormit: ſicqꝫ cõ
prehendiꝛ et ꝑducitꝛ ad pallatium regis.
Nũe. 24. Hunc ꝑ rinocerotẽ: xp̃s deſignaꝛ. qui ꝑnci
patus et poteſtates mundi cornibꝰ crucis
ꝑdomuit: ⁊ iam dudum cuncta regna ſuo
ibidem. imꝑio ſubdidit. Puelle ornare cuꝫ quibꝰ
populus fornicaꝛ: et ad idolatriã inclinaꝛ
Sunt pompe et illecebre mundi quibus
populus irretiꝛ: ⁊ dyabolico cultui ſubij-
ciꝛ. Balaam interit gladio: quia ſacerdo-
talis ordo: dux cecus cecoruꝫ ꝑit diuino
iudicio. Demũ rex cum populo extermĩa-
tur: et regio cõcremaꝛ: quia ad vltimũ dia
bolus cum omnibus membris ſuis dãna-
X biꝛ; et hic modus quẽ ꝓ patria dilexerãt a
flãma vorabiꝛ Hodie etiã dilectiſſimi: chri
math. 3 ſtus a iohãne ĩ iordane poſt. xxx. ãnos ba
ptiſaꝛ: et celum ei reſeratur: ⁊ ſpũſſanctus
in columbe ſpecie ſuꝑ eum deſcẽdiſſe me-
moraꝛ et paterna vox dilectum filium ꝓ-
teſtaꝛ. Dominꝰ cariſſimi non ſua ſed nr̃a
crimĩa lauit: ⁊ nobis baptiſma ſuo ĩgreſ-
ſu conſecrauit. Celum ei patet: et ſpũs de-
ſcendens ſuꝑ eũ manet: qꝛ qui in eius noĩe
baptiſma cõſequunꝛ: ſpiritu ſancto reple-
bũtur. et ſi columbe ſimplicitatẽ imitanꝛ:
in celo cũ chriſto exaltanꝛ. Per beſtias eti
am informamur: vt veterẽ vitã deponen-
tes noua induamur. Fertur enĩ de ſerpen
tibus ꝙ nomẽ acceperunt eo ꝙ occultis ac
ceſſibus ſerpũt. Phiſiologus dicit q̃t- Phiſiolo-gus.
tuor naturas habere ſerpentes. Primã na-
turã tum ſenuerint: caligant oculi eius: et
ſi voluerit nouus fieri: abſtinet ſe a cibo ⁊
ieiunat diebus quadraginta et noctibꝰ do
nec pellis eiꝰ in eo laxeꝛ: ⁊ querit petram ĩ
fiſſura anguſtã: et inde ſe vehementer co
artat: atqꝫ cõtribulato corpore deponit ſe
nectutẽ: et iterũ nouus fit. Scđm aũt natu
ram cũ venerit bibere aquã ad fontẽ: non
ſecũ affert ſuũ venenũ: ſed in cubili ſuo de-
ponit: et ſic aquã bibit. Terciã vero natu-
ram: ſi viderit ſerpens hominẽ nudum: ti
met valde accedere ad eum: ſi aũt veſtituꝫ
vidit: nõ facile fugit. Quartã quoqꝫ natu
ram ſerpentis: qñ venerit homo et volue-
rit eum occidere: totũ corpus tradit ad pe
nam: caput autẽ ſoluꝫ cuſtodit. Per hunc
itaqꝫ ſerpentem quilibet peccator deſigna
tur: qui in multis flagitijs inueteraꝛ. Hũc
oportet: vt ad petram chriſtum quãtociuſ
veniat: anguſtam viam que ducit ad vitaꝫ
accipiat: veteri tunica vitiorum expolieꝛ:
noua veſte virtutum circumdetur. Ho-
die etiã dilectiſſimi: dñs inuitatus ad nup
tias poſt annum baptiſmi ſui: cõuiuas ex-
hilarauit: dum deficiẽte vino ſex hydrias
aque in vinũ cõmutauit. De hoc vino nos ioh. 2.
quoqꝫ potat: dum hec nos ſpiritaliter in-
telligere donat. Iſtum diem etiã gentiles
olim celebreꝫ ducebãt: ob trinũ triumphũ
quem hodie romani Auguſto ceſari exhi-
bebãt; eo ꝙ tria regna: ſcꝫ: Parthiã: Egip
tũ; et Medeam deuincens: romano impe-
rio ſubiugauerat. Hũc nihilominus eccle-
ſia ob tres cauſas ſolennem iudicat: ⁊ regi
omniũ cũ triumphali laude iubilat: ꝙ vicꝫ
tres partes mundi: hodie per tres magos
ſceptro ſui dominij ſb̃didit: et crimĩa nr̃a ĩ
iordãe abluit: ⁊ aquã legꝭ hodie ĩ vinũ grẽ

ad ſpiritales nuptias tranſtulit. Huiꝰ imꝑio chariſſimi vos tota mēte ⁊ corde ſubdite: debitū ſeruitiū oīni temꝑ ei perſoluite: vt pꝰ huiꝰ miſere vite inopiā: ꝑcipiatis ab illo diuitias ⁊ gl'iaꝫ. Quā ocꝯ n̄ vidꝫ.

**Dominica prima poſt epiphaniam.**

Y C Um factus eſſet ieſus annorū duodecim aſcēdentibus illis i hieroſolymam ſcḋm conſuetudinem diei feſti, cōſummatiſqꝫ diebus cū redirent remanſit puer ieſus in hieruſalem. et non cognouerunt parentes eiꝰ. (Luce. 2.) Ubi ad etatem duodennem venit: cepit aperire quid patri celeſti deberet: quid terrene mr̄i. Etas autē duodennis typus erat duodecim apoſtolorū. per quos diuinitas et humanitas eius erat per orbem nuncianda. Etas duodennis typus erat duodecim graduum humilitatis in aſcēdēdo. Primus itaqꝫ gradus humilitatis ē: corde et corpore ſemper humilitatē oſtendere: defixis in terrā conſpectibus. Secūdus: vt pauca et rationabilia v̄ba loq̄tur non in clamoſa voce. Tercius ſi non facilis aut ꝓmptus fuerit in riſu. Quartus taciturnitas vſqꝫ ad interrogationeꝫ. Quintus tenere quod cōmunis regula habet. Sextus credere et pronunciare ſe oīnibus viliorem. Septimus ad omnia indignū et inutilem ſe confiteri debere. Octauus cōfeſſio peccatorū. Nonus. ꝓ obedientia in duris et aſperis patiētiā amplecti. Decimꝰ omni obediētia ſubdi oībꝰ. Undecimus. ꝓpꝛiam nō amare voluntatē. Duodecimus. timore dn̄i cuſtodire ſe omni hora ab omni peccato. Duo ꝑmi hoꝝ gradnū extra clauſtrum monaſterij aſcendendi ſūt: vt demū in tercio gradu ſubdatur maiori qui aſcēdit. His duodecim gradibus in aſcēſiōe opponūtur alij duodecim ſuꝑbie in deſcenſione. Primꝰ itaqꝫ gradus ſuꝑbie in deſcendēdo ē curioſitas: cum oculis ceteriſqꝫ ſenſibus vagatur in ea. que ad ſe n̄ attinent. Secūdus. Leuitas mētis. que ꝑ v̄ba indiſcrete leta vel triſtia notātur. Tercius Ineptaleticia. que per facilitatē riſus notat̄. Quartꝰ Iactātia. que in multiloquio diffūditur. Quintus. Singularitas ꝓuata: affectare cum gloria. Sextus. arrogāter credere ſe omnibus ſanctiorem. Septimus. Preſumptio ad omnia ſe ingerere. Octauus. Defenſio peccatoꝝ. Nonus. Simulata confeſſio. que ꝑ dura ⁊ aſpera iniuncta ꝓbatur. Decimꝰ. Rebellio i magiſtꝝ et fratres. Undecimus. libertas peccādi. Duodecimꝰ. Cōſuetudo peccādi. Duo iſti vltimi ſuperbie gradꝰ intra clauſtrū deſcendi non poſſunt. Notanduꝫ quoqꝫ ꝙ in ſeptē ſuperioribus notatur cōtemptus fratrū in quattuor ſequētibꝰ cōtemptꝰ magiſtri in duobus qui reſtāt cōtemptus dei. Sed vt ad duodennē etatē chriſti qui hoꝝ typus erat redeamus: recte in hoc duodenario numero iubar perfectionis eius incipit declarari. Remanſit in hieruſalem ſine parentibus vt nos inſtrueret ſe deum habuiſſe patrem anteq̄ꝫ mundus fieret. Exiſtimantes autem illum aūt eſſe in comitatu: venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes regreſſi ſunt in hieruſalem requirentes euꝫ. Si quis querat. quomō parentes reliquerunt eū tanta cura nutritum. Reſpōdemus qꝛ filijs iſrael mos fuit: vt temporibus feſtis vel hieroſolimā euntibus vel inde redeuntibus. ſeorſum viri ſeorſum incederent femine et pueri cū quolibꝫ parente irent. Ideoqꝫ mariam et ioſeph viciſſim putaſſe ieſū cum altero parente eſſe in reuerſione. Et factuꝫ eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem: Quaſi fons ſapientie doctoruꝫ medius ſedebat: ſed quaſi exemplar humilitatis prius interrogat et audit. q̄ꝫ inſtruat. ne paruuli a ſenioribus doceri erubeſcāt. ⁊ ne infirmꝰ docere audeat. Poſt triduum reperitur in templo dans iudiciū. qꝛ poſt triduū triumphal' paſſionis reſurgeret qui mortuus credebatur. (Ambro.)

Stupebant autē omnes qui eum audiebant ſuper prudentia et reſponſis eiꝰ. Et videntes admirati ſunt. Eo amplius ſtupebant ſuper prudentia reſponſionum: quo paucitatem videbant annoꝝ. Diuinam ſapientiam lingua ꝓdebat: ſed infirmitatē humanam etas pretendebat. Et dixit mater eiꝰ ad illum. Fili quid feciſti nobis ſic. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt ꝙ me querebatis. Neſciebatis qꝛ in his que patris mei ſunt oportet me eſſe. Non ꝙ eos qui quaſi filium querunt vituperat: ſed cogit eos attollere mentis oculos ad querendum quid debeat eterno patri oſtendens et templuꝫ et omnia que patris ſunt nō minus ad ſe q̄ꝫ ad patrem pertinere. quorum vna maieſtas eſt. Et ipſi non intellexerāt verbum quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cū eis et venit nazareth. et erat ſubditus illis. Quid de ſua diuinitate loquitur nō intelligunt parētes. et tamen ip̄e condeſcendit. et ſubdit̄ ill' vt impleat officiū pietatis. Quātum ergo debemus obedire deo. quoniā quidē et ip̄e deus obedit hominibus. [Et mater eius conſeruabat oīa v̄ba hec i corde ſuo] Oīa q̄ de dn̄o vel a dn̄o dicta vel facta cognit. ſiue intellecta ſiue n̄ intellecta i memoria recōdebat. pia mr̄ vt tp̄e ſuo vniuerſa ꝓut geſta erāt intelligeret. et q̄rentibus explicaret. [Et ieſus ꝓficiebat etate ⁊ gr̄a apō deum et hoīes. Sapiētia ꝑtinet ad aīam. etas ad corpus. gr̄a ad vtriuſqꝫ ſalutem. Etate itaqꝫ ꝓficiebat. ſicut carnis eſt incremēta ſuſcipe. Porro iuxta qō etate ꝓficiebat dona gratie que ſibi inerant et ſapientie magis ac magis patefaciebat hominibꝰ qō erat ſapientia et gr̄a proficere

IIII Z

IIII non in ſe ſed in alijs apud deū et hoīes .i. ad ho
norē dei et ſalutē hoīm. In ſe aūt nequaꝗ̄ ꝑ in-
terualla tēpꝰ ꝓficiebat ſapiētia vel grā: qꝛ ab ho
ra ꝯceptionis plenus fuit gratie et ỽitatis. No
ta doctores cōmuniter affirmare aīam chriſti
verbo dei vnitā eſſe: et in tm̄ ſapiētie ꝛ bonitatis
ſuſcepiſſe: ꝗ̄tum poſſibile fuit creaturam ſuſci-
pere. In ea eni vt apl's ait ſūt oēs theſauri ſapi
entie et ſcientie: in ea oīs plenitudo diuinitatꝪ
inhabitat. Alijs ſpūs ad mēſurā dat: ſed chri-
ſto vt ait iohānes euāgeliſta datus ē nō ad men
ſurā. Multi ḡ aſſerūt: vt Alcuinus ī libro de tri
nitate ad Karolum: animam chriſti tantam ſci
entiā de oībus habere: quātā diuinitas habꝫ:
ita ſcꝫ qđ diuinitas a ſe: nō ab alio. Sapiens ē
per naturā: animā ỽo chriſti a diuinitate ꝑ gra
tiā. Alijs ỽo non videtur qđ aliqua creatura ca-
pax poſſit eſſe totius diuine cognitionis: vel to-
tius diuine bonitatꝪ: ſicut nec omnipotētie. Du
cunt nanqꝫ ꝓ inconuenienti creaturā etiam hoc
modo patificari creatori. vt ab ipo tantam ſcie-
tiam habeat quātam et ipſe creator.

## De eo ꝙ verbum cum carne rationalē animā ſumpſit. et qualis fuit anima illa in ſapientia et virtute et iuſticia et bonitate.

I q Uidam heretici fuerunt: qui pu-
tauerunt in chriſto cū carne a ỽbo
rationalē aīam aſſumptam nō fuiſ
ſe: ſed ſolā carnē verbo vnitā: ꝛ ipam diui-
nitatē verbi: carnē loco aīe viuificaſſe: eā
demqꝫ diuinitatē ab ipa carne qñ in cruce
mortua eſt receſſiſſe: rurſumqꝫ ad ipam qñ
reſuſcitata eſt: viuificandā: ꝛ reſuſcitādam
rediſſe. Sed catholica fides habet totū qđ
hoīs erat pter culpā: deū aſſumpſiſſe: qꝛ
nec aīr verus homo eſſe potuiſſet: niſi to-
tum qđ ad diuerſitatē humane nature per
tinebat aſſumpſiſſet. Accepit ḡ cū carne et
in carne ipam animā rationalē: que ꝛ car-
nem ipam regeret: ꝛ ſenſificaret ad vitā:
et ſcdm liberam voluntatem peccatū re-
ſpueret: et ſectaret iuſticiā. Cui et hoc ex
ſocietate diuinitatis collatum ē: vt ſponta
nea quidē libertate bonū faceret. Sed ad
malū faciendū: nulla ꝓrſus neceſſitate vl'
infirmitate declinare potuiſſet. Dicit ꝗ̄pe
Auguſti⁹ beatus Aug⁹. De ſpiritu ſancto ꝛ virgine
Maria dei filius vnic⁹ natus ē: nō carnis
cupidine: ſ; ſolo dei munere. Libera in il-
lo volūtas erat: ac tāto magꝪ erat: ꝗ̄to ma
gis ſeruire peccato nō poterat. Multa au
tē querūtur de illa anima rationali: e qui-
bus vnū eſt: vtrū vicꝫ equalē cū diuinita-
te ſciam habuerit: đ qua qſtiōe ī alio opu-
ſculo: quid de aīa chriſti intitulatur: ꝓlixi
us diſputaui: hic ỽo hoc ſolum cōmemora
re ſufficit: ꝙ eadē aīa ſicut plenam ꝛ pfe-
ctam dei ſapiam vnitā habuit: ita plene et
perfecte: ex ipſa ꝛ ꝑ ipam ſapientiam ſapi
ens fuit: nec tamen ipi ſapiētie natura eq̄-
lis fuit: qꝛ longe aliud eſt ſapiētia ſapere:
atqꝫ aliud ſapiam eſſe. Ex quo eni huma-
nitati diuinitas cōiuncta eſt: ex ipa diuini
tate humanitas accepta ꝑ graciā totū qđ
diuinitas habuit ꝑ naturam: ita vt ſm illā
ineffabilē vnionē et dei eſſet in humanita
te ſua totū qđ diuinitatis erat. Sic ḡ hu-
manitatē verbi in aīa rōnali a pma ꝯcep
tione ſua ex ineffabili vniōe diuinitatꝪ ple
nā et pfectā ſapiētiā: et potētiā: et ỽtutē:
et bonitatē: accepiſſe credimus: ꝛ ipam ſic
in vnione diuinitatis inſepabiliter: ſic ī ip
ſa que ex vnione diuinitatis erat plenitu-
dine ỽtutis incōmutabiliter pmanſiſſe ꝯfi
temur. Neqꝫ eni idcirco deus homo int' ho
mines conuerſari voluit: vt quaſi ꝑ inter-
ualla tpm ſapiētia aut virtute ꝓficiēs me
ritum cōpararet: et ſeipo melior fieret. ſed
vt ea ſapiētia et bonitate quā ipe etiam di
uinitate ſua plenā et pfectā ſemp habuit:
ꝛ in humanitate ſua plenā ꝛ pfectā ſemel ꝛ
ſimul accepit: diſpenſationē ſalutis huma
ne ſm ineffabilē ordinationē ſuam cōplerꝫ
Qua ꝓpter id qđ dicit euāgeliſta: qꝛ ꝓfici
ebat ieſus etate: ſapiētia: et grā: nō ita ac-
cipitur quaſi ſemetipo melior factus ſit: ſ;
qꝛ hominib⁹ quā ipſe habebat: ſ; latebat ſa
piētiā ꝛ grāz: ꝓut rō tpm poſtulabat: ma-
gna ſemp ac magis apuit. Ita apud homi
nes ipe ꝓficiebat: qñ hoīes eo ipi: in ei⁹ cogni
tione ꝓfecerunt. Apud ipm aūt ꝓfec in eo
qđ dū ſe ſapia: et grā dei plenū oſtēderet:
eos ad laudē dei patris a quo hoc eē teſta
batur: magis ſemp ac magis ꝓuocauit.

Item Expoſitio de eodem euāglio.

Um factus eſſet ieſus annorum duo-
decim. ꝛc. Sicut mūdus iſte dupli 9
citer ſeruit homini ad ſuſtentatio-
nē carnis: et ad eruditionē mentis: ſic ver- Luce. 2.
bum caro factū: remediū pſtat: ꝛ exēplū.
Remediū in eo qđ oblatū ē ad redempti-
onē: exemplū in eo qđ opatum ē ad imita-
tionē. Remediū ī eo qđ factū eſt: exemplū
in eo qđ fecit imitatio ei⁹: ſimilitudo eius.
Uidi ciuitatem ſctām hierl'm nouā deſcen
dentē de celo. De celo deſcēdit: ꝛ fabricata
eſt terrā. De celo forma: de terra materia. Apoc. 21
Sicut forma hoīs hō: ſic ꝛ forma chriſti

chriſtus. Induimini dñm ieſum chriſtum
formā chriſti: imaginē chriſti. Ipa imago
ipa eſt imitatio. Idcirco factꝰ eſt tibi exē-
plū: vt tu illum imitando indueres. Fecit
corꝑaliter tu ſpūaliter imitare. Et ſic co-
gnouimꝰ inquit xp̄m ſcd̄m carnē: ſed nūc
iam nō nouimꝰ. In exemplo ſm carnē co-
gnouimus in imitatiōe ſm carnē iam non
2.Cor.5 nouimus. Scd̄m carnē chriſtus natꝰ ē in
mundo: ſm ſpiritū veritas naſcit̄ in cor-
de tuo. Chriſtꝰ in iudea naſcit̄ de virgine
et veritas naſcit̄ in confeſſione de purita-
tate. Ueritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia d̄
ps.84 celo ꝓſpexit. Qn̄ ꝯfiteris pctā tua: ỽitas
de terra orit̄: qn̄ ỽo confitenti ignoſcit deꝰ
iuſticia reſpicit d̄ celo. Uis aūt vt deꝰ tecū
ſit? Confitere quid es. Cū verax eſſe cepe-
ris: veritas tecū eſſe incipiet. Dic malꝰ ſuꝫ
breue verbū: ſed verꝫ: veritas te veracē fa
ciet. Si veritas tecū eſt: deꝰ tecū ē: qꝛ veri
tas eſt deus. Ecce quō in iudea naſcit̄: id
eſt in cōfeſſiōe: veritas. Mater virgo: pu
ritas eſt cordis: cū corde credis: qd̄ ore cō-
fiteris. In confeſſione criminis: puritas ē
ſine macula. Si bonū non ſimulas: nō ha-
Ephe.5. bes rugā: ſi malū odis: nō habes maculā.
Sic veritas in te deſiderio cōcipit̄: opere
naſcitur: ſtudio nutrit̄: vt ꝓficiat etate in
ꝓgreſſu tempꝯis: ſapīa: in augmento co-
gnitiōis: grā: in incremēto virtutis. Apud
homīes in fama: apud deū in ꝯſcīa: apud
homines vt cognoſcat̄: apud deū vt glori
ficetur. Duodecim ānoꝝ in hieruſalē aſcē-
dit: qꝛ poſt ꝑfectionē operis: ⁊ duplicataꝫ
virtutē caritatis: ad pacē cōtemplationis
A ꝓficit. Parentes ieſu ab hieruſalē itinere
vnius diei redeūt: quia ſenſus carnis per
Luce.2 exercitiū boni operis internā veritatem
nutriūt: ꝑ exteriorum delectationē retra-
cti diu in interna pace ꝑſiſtere nō poſſunt
Unus dies: vna claritas: vnū gaudium:
vna benedictio: quā Eſau accepit: qui du
plicē ſtolam nō potuit promereri. Hic eſt
ille vnus dies: in quo puer vnius diei ſine
pctō eſſe non potuit ſuꝑ terrā: quia ſenſus
carnis: qui quantū ad ſe ſemꝑ puerilia ap
petit: huiꝰ tantū vite claritatē amās: in ea
nūquā ſine peccati macula conſiſtit. Non
enī venit ad alium diem: de quo dictum ē
Nunciate diem de die: et rurſum: Dies ſu
per dies regis adicies. Propterea vnius
diei iter eſt elongantibꝰ ab hieruſalē: qꝛ
delectatio p̄ſentiū: longe facit anīos a con

templatione eternoꝝ. Poſt triduū ieſus ī V
templo inuenit̄: quia poſt correctionē co-
gitatiōis: locutionis et operis: veritas in
corde mundo ꝑcipitur. Inuenit̄ aūt inter
doctores ⁊ ſapientes: quia in lege: ⁊ ꝓphe
tis: ⁊ euāgeliſtis: ⁊ aplīs et ſacri verbi do-
ctoribꝰ: veritas cognoſcit̄. Legitur quoqꝫ
de itinere triū dierum: in quibꝰ ierant fi- Exo.3
lij iſrael in deſertū: vt ibi ſacrificarēt dño
deo ſuo. Eſt quidā acceſſus: ⁊ receſſus aīe
ad deum: ſiue a deo: acceſſus ad deū: rece-
ſus a deo. Abeunti: iter eſt ꝑ noctē: redeū-
ti iter eſt ꝑ diem: Quot noctibus recedit:
tot diebꝰ redit. Abeunti prime noctis iter
eſt per ſuꝑbiam: qua deū deſerit: ſcd̄e no-
ctis iter eſt ꝑ cōcupiſcentiā: qua alia p̄ter
deū appetit: tercie noctꝭ iter ē ꝑ obſtinaciā.
qua in alijs extra deū requieſcit. In ſuper
bia eſt vanitas: in cōcupiſcētia delectatio:
in obſtinatia cōſenſus. Per vanitatē igit̄
abit. Per delectationē ſtat: per cōſenſum
ſedet: Per ſuperbiā a deo recedens: vadit
ad ſe vt requieſcat in ſe: per ꝯcupiſcentiaꝫ
deſcēdit ſub ſe: vt requieſcat in carne: per
obſtinaciam trahitur extra ſe: vt requieſ-
cat in carne a ſpecie viſibiliū: et ꝑmaneat ī
delectatione. Primū vadit de virtute ſua
gloriari. ſecūdo vadit ī vitijs ſuis delecta
ri: tercio vadit in trāſitorijs cōſolari. Prīo
maledictus homo q̄ confidit in homīe: ſe-
cūdo: qui ponit carnē brachiū ſuū. Tercio
qui ſperauit in multitudine diuitiarū ſua
rum: et p̄ualuit in vanitate ſua. Reuerten
ti aūt p̄me diei iter eſt qn̄ intentionē ſuam
conuertit anīa ab eo qd̄ extra ipam eſt: ad
id qd̄ ipa eſt. Secūde diei iter eſt: quando
ab eo quod in alio eſt ducitur ad id qd̄ eſſe
debet. Tercie diei iter eſt: quādo a percep
tione illuminatōis rapitur ad fontē lumi-
nis. Prima reuſio eſt ab alienis ad propa.
Secūda eſt a malis ad bona. Tercia eſt a
ſtudio virtutū ad ꝑceptōnē interne ⁊ eter
ne dulcedis. Et ſic pꝰ triduū hoc ē pꝰ cor-
rectionē cogitatōis: locutōnis: opis: ieſus
id ē ỽitas ī tēplo: hoc eſt ī mūdo corde ꝑcipi
tur: ita ⁊ ꝑ ſacri ỽbi doctores: veritas hoꝝ
triū dieꝝ egreſſionis hebreoꝝ ex egypto fi
delibus declaratur.

Dominica ſecunda poſt theophaniam
Nuptie facte ſūt in chana ga B
n lilee. et erat mr̄ ieſu ibi. Uo- Joh.2.
catꝰ ē aūt ie. ⁊ diſ. eꝰ ad nup.
Uoluit dñs ſui nec non miraculo

V

nuptias cõmendare. ne eas heretici damnare p̄
ſumerent. Miſtice deſiderio patrũ precedentiũ
ante legem: ſub lege vocatus eſt ſponſus: ad ec-
cleſiam ſponſam venire: ⁊ in gratia euãgelij ve-
nit. Vocati ſunt et diſcipuli: vt miniſtri in nup-
tijs. Hanc ſponſam cõiunxit ſibi ſponſus: i vte
ro virginis. Verbũ eni ſponſus: ⁊ ſponſa caro
humana eſt. In chana galilee: in celo tranſmiḡ-
tionis fiunt nuptie: qꝛ hi ſunt digni chriſto: qui
feruore deuotionis de vitijs ad virtutes. de terra
ad celos migrant. [Et deficiente vino: dic̃ ma
ter ieſu ad eũ. Vinum nõ habẽt]. Quaſi dicat.
Vinũ da eis. Vinũ deficit: qꝛ ſpūalis intelli-
gẽtia leg̃ fallacẽ phariſeoꝝ expõnẽ latere cepat.

**Et dixit ei ieſus. Quid mihi et tibi eſt
mulier. n. ndum venit hora mea.**

Quid cõmune eſt tibi mater ſcõm carnem: ⁊ mi
hi eterne dei ꝟtuti ac dei ſapientie: ex qua futuꝝ
eſt miraculum quod petis. Venit hora mea: id
eſt paſſionis õportunitas: in qua vic꞉ cũ pende
re in cruce infirmitas ceperit cuius tu mater es
agnoſcam te matrẽ vt filius: curã tui diſcipulo cõ
mitrens. Predicato aũt euãgelio: et virtute di-
uina oſtenſo mũdo: fuit hora paſſionis. Nõ ne-
ceſſitatis ſcꝫ hora: vt heretici calumniantur ſed
voluntatis. Unde illud. Poteſtatẽ habeo pone
re animam meam et iteꝝ ſumere eam. Non eni
auctor tempoꝝ: fato temporis regit̃. Dicit ma-
ter eius. Quodcunqꝫ dixerit vobis facite. Erant
aũt ibi lapidee hydrie ſex poſite ſcõm purificati
onem iudeoꝝ: capiẽtes ſingule metretas binas
vel ternas. Confiſa mater de filij pietate ad ip-
ſam: ut fiat quod petit fiducialiter imꝑat mini-
ſtris. Hydor eſt aqua. Inde dicitur Hydria vas
aque. Purificationẽ iudeorum dicit ꝙ crebro la
uabant manus et vaſa. Metron grece: menſu-
ra latine dicitur. Inde metreta nomen menſure

**Dicit eis ieſus. implete hydrias aqua.
Et impleuerunt eas vſqꝫ ad ſummum.
Et dixit eis ieſus. Haurite nunc et fer-
te architriclino. Et tulerunt.**

Architriclinus eſt princeps triclinij: id eſt diſcũ
bentium in triclinio. Tricliniũ vero dicũt eẽ au-
lam tricameratã. vel tres domos vel tres came-
ras cũ teſtudine factas. in quibus ſedebant di-
ſcumbentes: quaſi ſub tribus arcubus.

**Ut autẽ guſtauit architriclinus aquã:
vinũ factũ. et nõ ſciebat vnde eſſet. mi-
niſtri ãt ſciebãt qui hauſerãt aquã vo
cat ſpõſũ architriclinus. et dicit ei. Om
nis homo ṗmũ bonũ vinũ ponit. ⁊ cũ
inebriati fuerint. tunc id qḋ deterius ẽ.
Tu autem ſeruaſti vinum bonum vſqꝫ
adhuc. Hoc fecit initium ſignoꝝ ieſus
in chana galilee. ⁊ manifeſtauit glo. ſu.**

Inter multa ſigna q̃ fecit ieſus in chana galilee
fuit hoc primũ: ⁊ quodã dignitatis ꝓuilegio ele

L

mentoꝝ cõuerſione: manifeſtauit gloriã ſuam:
id eſt latẽtem deitatẽ. Miraculũ aque cõuerſe i
vinum miramur: ⁊ nõ miramur: qꝛ omĩ anno h
facit deus in vitibus: et de vno grano multa fac̃
Et quod maius eſt: celum et terrã de nihilo crea
uit: eaqꝫ mirabiliter gubernat. Ergo qꝛ homines
in aliis intẽti perdiderũt conſiderationẽ operũ
dñi. In qua quotidie cũ laudarẽt: ſeruauit ſibi
deus quedã inuſitata que faceret. vt tanq̃ dor-
mientes homĩes ad ſe colendũ mirabilibus ex-
citaret. Aquam vertit ieſus in vinum: cũ inſipi-
dã mẽtẽ eam aliũ ſapore ſciẽtie celeſtis imbuit.
Eramꝰ eni aqua id eſt inſipiẽtes: et fecit nos vi-
num. i. ſapiẽtes fidẽ ipius. Vel aqua intelligit̃
ſciẽtia mũdans auditores a ſordibus peccatoꝝ
Que tũc ꝯuertitur in vinum: quãdo aliq̃s ex to-
to obliuiſcit̃ p̄teritoꝝ maloꝝ: ne in ea incidat: et
incipit calere in dei amore: ſicut vinũ inebrians
obliuioſos facit potatores et cale facit. Conuer
tit aquas chriſtus in vinum dũ que carnalia vi-
debantur in lege ſpũalia oſtendit: ⁊ ſuꝑficiẽ lit-
tere plenã celeſti ꝟtute videri fecit. Chriſtus eni
in ꝓphetis necdũ manifeſtatus quaſi vinũ in
aqua latuit. ſed cũ diſcipulis aperuit ſenſũ vt
intelligerent ſcp̄turas. Vinũ inebrians fuit ipſe
chriſtus in lege et ꝓphetis manifeſtatꝰ. Illa igit̃
ſcp̄tura dũ in ea ſubleuamine. i. ad opationẽ lr̃e
latet chriſtus ſapit aquã inſipidã. Cũ ꝟo auferẽ
velamẽ eſt vinũ inebriãs. Sex hydrie ſex etates
ſunt que inaniter currerent. niſi chriſtus in eis
ꝑdicaret̃. Prima etas eſt ab Adã vſqꝫ ad Noe
Secũda vſqꝫ ad abraham. Tercia vſqꝫ ad da-
uid. Quarta vſqꝫ ad trãſmigrationẽ. Quita ad
Iohãnẽ baptiſtã. Sexta inde vſqꝫ ad finẽ ſecu-
li. Prophetia in ſingulis etatibꝰ quaſi hydrus.
Scõm lr̃am aqua inſipida: qũo in vinũ mutet̃
cũ ad chriſtũ et ad omẽs gẽtes referat̃. videamꝰ
Quicq̇d figurabatur i adam de chriſto. ad om-
nes gentes ꝑtinebat. Ut illud in geneſi. Reliq̇t geñ. 2
homo patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ adherebit vxori ſue. ⁊ erũt
duo in carne vna. Chriſtus adheſit eccleſie. vt eſ
ſent duo in carne vna: et fuit relinquere patrem
nõ in ea forma apparere hominibꝰ in qua ẽ eq̄l
patri. Reliquit mr̃em quãdo de ſynagoga tran
ſiuit ad eccleſiam. Poterat dñs vigilanti Ade Geñ. 2
coſtam ſine dolore euellere. ſed ꝓculdubio chri-
ſti dormitio in cruce in eo ſignificabatur. de cuꝰ
latere tanq̃ ſponſa fluxerunt ſacramẽta eccleſie
De vino aliaꝝ hydriarum bibamꝰ. Chriſtꝰ figu
ratus eſt in Noe. Nam ideo in archa omĩa ani-
malia ſunt incluſa. vt omnes gentes ſignificarẽ Geñ. 7
tur ſaluande per chriſtum. Non eni deerat deo
rurſus cauſare omne genus animaliũ. ſed ideo
per lignum ſaluata ſunt. qꝛ et nos ꝑ lignum ſal
uandi eramus. In tercia hydria audiuit abra-
ham. In ſemine tuo benedicẽtur omẽs gentes.
Quis non videt cuius figuram habuit vnicus
eius ligna portans ad ſacrificium quo imolan-
dus ducebatur. Portauit eni dñs crucem ſuã.
In quarta hydria dicit dauid. Surge deus iu-
dica terram. quoniã tu hereditabis in omnibus
gentibus. Tanq̃ diceretur Dormiſti iudicatus

D

a terra: ſurge vt iudices terram. In quinta eta/
te vidit Daniel lapidem preciſum de mõte ſine
manibus et fregiſſe oĩa regna terrarum ⁊ cre/
uiſſe illum lapidem: et factum eſſe mõtem mag
num: ita vt impleret vniuerſam faciez terre. De
quo monte predicit: niſi de regno iudeorũ: vnde
chriſtus ſcõm carnem natus eſt: ſine opere hu/
mano quando ſine amplexu maritali. Ad ſextã
etatem pertinet iohannes baptiſta dicens No/
Math.3. lite dicere Patrem habemus abraham. Potẽs
eſt enĩ de⁹ de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios abra/
he. Lapides dicens gentes non ꝓpter firmita/
tem ſed ſtoliditatis duriciam: dum adorabãt ſi
mulachra: ſimiles facti ſunt illis. Unde illud.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et qui confi/
E dunt in eis. Itez ſex hydrie ſunt perfecta corda
ſanctorum in his etatibus receptui ſcripturarũ
dei parata: in exemplum videndi atq; credendi
propoſita. Et ſunt lapidea: id eſt fortia in chri/
ſto lapide. Scõm purificationem iudeoꝝ dictũ
eſt: quia illi tãtum populo iudeorum lex data ẽ.
ſed gratia per chriſtũ omnibus facta eſt. Ideo
non dictum eſt capientes metretas alie binas:
alie ternas: ſed binas vel ternas. vt ipſe diceret
binas quas ternas. Sunt ergo due menſure in
ſcripturis: dum pater et filius nominaꝰ: ſed ibi
ſpiritus qui patris eſt et filij intelligitur. vt ibi.
Omnia in ſapiẽtia. i. in filio feciſti. Tres metre
te ſunt: dum nominato ſpiritu ſancto trinitas
manifeſtius. Intelligitur vt ibi Baptizate eos
In nomine patris et filij et ſpiritusſancti. Aliꝰ
bine vel terne menſure ſunt oĩnes gentes ad q̃s
pertinent ſcripture: bine propter preputium: et
circumciſionem. terne q: a tribus filijs noe ſunt
diſſeminate. Qd iuſſu dñi implerẽ ſunt hydrie:
ſignificat q: ſcriptura ab eo ẽ. Potuit q̃dẽ va/
cuas implere vino: qui cuncta creauit ex nihilo
ſed maluit de aqua vinũ facere: vt doceret ſe nõ
legem ſoluere: ſed adimplere. ⁊ in euangelio illa
facere vel docere predixit. Uſq; ad ſummũ im/
plentur hydrie: quia nullum tempus fuit a ſa/
lutari doctrina vacuum. Archtriclinus intelli/
gitur princeps in peritia ſcripture ꝯtinentis hi
ſtorias et moralitates et allegorias. Dũ ergo ta/
uerſa nomina ſortitur ⁊ dicitur aliqn̄ cupi
ditas: quando ſcꝫ ad munduꝫ eſt: qn̄ vero
ad deū charitas. Sic timor cū ſit mot⁹ men
tis natalitˀ vn⁹: ſm diuiſos tamē motus ha
betˀ. vel operatˀ. diuerſis nomib⁹ ſigcatur.

VII Quatuor ſane timores ſacra ſcptura diſcer-
nit. Seruilē: mundanū: initialem: filialē.
Seruilis timor ē ꝑ euitādā penā abſtine
re a malo: retēta voluntate mala. Mūda-
nus timor eſt: ꝑ euitāda pena abſtinere a
bono: retenta voluntate bona. Initialis vero
timor ē: ꝑ euitāda pena cū ꝑuerſo ope: eti
am prauas cogitatōnes reſecare. Filialis ti
mor ē: bono firmiter adhererē: qꝛ illō amit
tere nolis. Ex his quattuor duo mali ſunt. i.
ſeruilis ⁊ mundanus: duo vero boni: id ē: ini-
tialis: ⁊ filialis. Seruilis timor penā q̄ ab
hominibus infertur metuit: idcirco ei ſuf-
ficit ceſſare a malo ope: qꝛ ad oculū famula-
tur: ⁊ reatū ꝯſcientie nō metuit: hominibus
placere volēs. Mūdanus vero timor: hoib⁹
placere non q̄rens: tn̄ diſplicere metuens:
⁊ ipſe fingēs: qd non ē: tam mēdax ī negan-
da vitate: q̄ fallax alt in falſitate tegēda: ⁊
vterqꝫ in vitate offēdit: alter: qꝛ timide ne
gat qd ē: alter: qꝛ ꝑuerſe ſi͂lat qd nō ē. Ini
tialis vero timor: qꝛ eam quā ds cōminatur
penā: declinare ſatagit: nequaq̄ꝫ ſibi ſuffice
re videt: vt ab illicita ſe opatōne cōtineat:
qꝛ ei q̄ cor intuetur: nō eſt ſatis ad ꝓbationē
ſi innocēs fuerit actio: niſi etiā ipa cordis
cogitatio añ eius oculos ſincera atqꝫ impol
luta appareat. Quia ḡ illi diſplicere metu
it q̄ videt totū: ad ꝑfectā innocentiā coram
eo neceſſe eē cōſiderat: vt mūdet totū: ⁊ idō
iſte timor initialis dicitur: qꝛ ſub hoc per bo
nā volūtatem: ⁊ virtus initiū capit ⁊ finē.
Necdum tamen ꝑfectio eſt: qꝛ dū alid agi-
tur: ⁊ aliud intenditur: ipm adhuc ꝓpter ſe
bonum nō amittat. Tūc accedit charitas:
⁊ intrat ꝑ timorez iſtum. Qui dū mōſtrat
ꝙ fugere debeamus periculū quodāmodo
appetere ⁊ deſiderare facit p̄ſidium. Cōuer
tit cor ad deuz: vt q̄dāmō de ipō fugiat ad
ipm: hoc eſt dum cauet habere iratum: ſtu
deat habere ꝓpiciuz. Hūc ſequitur timor
filialis q̄ ex ſuccedente charitate naſcitur: vt
ipm timere nihil aliud ſit: q̄ꝫ deguſtatū in
charitate bonū iā nolle amittere: ⁊ hic qui
dem timor aliq̄d pene adiunctū habet: dū
in certo ambulamus: ⁊ pōt in vtranqꝫ ad-
huc ꝑtē declinare: ſtat⁹ vite mutabilis. Sꝫ
cū mutabilitas nr̄a erit: tūc nulla ex incer
to ſuſpitionis pena inerit: ⁊ tūc timor quo
dāmodo ſine timore erit: vbi ⁊ de ſtabilita
te certi erimus: ⁊ tn̄ reuerentiā creatori ex
hibere nō deſiſtimus.

Dominica in q̄drageſima. Scđm mat.

Ductus eſt ieſus in deſertum vt 9
temptaretur a diabolo. ⁊c. Math 4
Conſulte lucas p̄mo poſuit: ieſus aūt
plenus ſpū ſancto regreſſus ab iorda
ne ne dubitaretur a quo ſpū ductus fuerit in de
ſertū ſcđm matheum: vel expulſus ſm marcū.
Proculdubio nō vtute mali ſpiritus ieſus agitur
in deſertū: ſed volūtate ſui ſpirit⁹: vt ſternat ad-
uerſarium. Vere eni et abſqꝫ vlla queſtione con
uenienter accipitur: vt a ſcō ſpū in deſertum duc-
tus credatur: vt illuc eū ſu⁹ ſpūs duceret: vbi hūc
ad temptandū ſpūs malignus inueniret. Ubi
nūc p̄mōſtratur: vt poſt baptiſmū accigamur for-
titer cōtra diabolum: relictis mūdi illecebris: ⁊ ſo
cietate prauorum. Et cū ieiunaſſet quadragīta die
bus et quadraginta noctib⁹ poſtea eſuriit. Ob-
tulit ſe temptatori quadraginta diebus ⁊ q̄dra
ginta noctibus vt indicet qꝛ ſiue hic ꝓſpera blā
diātur qd ad dies ꝑtinet: ſiue aduerſa feriāt qd
noctis figure cōgruit. ſemꝑ fidelibus adeſt ad-
uerſarius nō ceſſans eos impedire temptando
Eſuriit corpe: vt diabolo tribueretur temptādi oc
caſio: ⁊ vinceretur ab homie: cui⁹ morte ⁊ calami-
tatibus gloriabatur. Mouebatur diabolus. xl. di
erū ieiunio: ſciebat totidē diebus aquas abyſſi
effuſas: exploratā repromiſſionis terrā: moyſi le
gem a deo datam: filios iſrael totidem annis in
heremo pane angelorum vixiſſe. Cū vero ſenſit poſt
ieiuniū eſurire dominū: qd nō de moyſe vel helya
legitur: vt p⁹ ieiunia eſurirent: acceſſit temptan
do longe remotus malicie voto. Decē ſunt pcep
ta legis. ⁊ q̄driptit⁹ eſt mūdus qd ſignificat iā xp̄i
gr̄am iā diffuſā ꝑ mūdū. q̄ ieiunauit ſpacio. xl. di
erū. In quo ieiunio q̄ſi clamabat. abſtinere vos
a deſiderijs huius ſeculi. In cōmeſtione et bibi
tiōe poſt reſurrectionē velut clamabat: ecce ego
vobiſcū ſum vſqꝫ ad cōſummationē ſeculi. Un̄
q̄uis nōdū gloriemur. tn̄ ſperādo iā paſcimur
Congrue ieiuniū q̄drageſime ſtatutū eſſe cū fi-
ne dominice paſſioni. qd ſignificat nos debere a
mūdi amicitia cōtinere: vt deū ſeq̄ valeamus. In
abſtinētia aūt quadragenarius numerus cuſto
ditur: qꝛ vtus decalogi per quattuor libros euāge-
lij impletur cum euāgelium cuſtoditur. Vel qꝛ ꝑ de-
calogum deū ⁊ ꝓximū diligere pcipimur. ⁊ mo-
tu corꝑis qd ex q̄ttuor ſubſiſtit elemētis: chari-
tas dei ⁊ ꝓximi violatur: apte ad diluēda pctā
in quadragenariū numerū tps penitentie ſurgit A
Et accedēs temptator dixit ei. Si filius
dei es. dic vt lapides iſti panes fiant.
Qui reſpondens dixit. Scriptum eſt.
non in ſolo pane viuit homo. ſed in om
ni verbo quod procedit de ore dei.
Credidit aliq̄n diabolus debellatorem ſuum ve
niſſe in mūdū. ſicut per obſeſſum hominē dixit.
Quid nobis et tibi fili dei. Veniſti añ tps torq̄-
re nos. Deinde et nō illū eſſe dubitauit mortalia
patiēdo. Scriptum eſt. dixit dn̄s. qꝛ humilitate
nō potentia ꝓpoſuerat vincere diabolum. Intē
debat demonū p̄nceps ex mutatōne lapiduz in

panes virtutez poteſtatis in deo agnoſcere. ꝛ in
homine ex oblectamento cibi patientiã eſuritio
nis illudere. Uex. dñs de deutronomio teſtimo-
nium ſumẽs oſtendit non in pane hoc ſolitario
ſed in verbo dei alimoniã eternitatis eſſe ſperã-
dam. Tribus mõis temptatio fit: ſuggeſtione.
delectatione: conſenſu. Chriſtus aũt ſuggeſtiõe
ſola temptatus eſt. qꝛ delectatio peccati mentẽ
eius nõ momordit. Non fuit indignũ temptari
illi ꝗ occidi venerat: vt ſua temptatione noſtras
vinceret: ſicut ſua morte noſtra tulit peccata.

**Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſcãm ciuitatẽ. ꝛ ſtatuit eũ ſupra pinaclũ tẽpli**

Non eſt mirꝫ ſi ſe ꝑmiſit ab illo aſſumi ꝛ duci et
ſtatui ꝗ ſe ꝑtulit a membris illius crucifigi. Po
teſt aũt ſic intelligi. Aſſumpſit eũ diabolus. id ẽ
tẽptando inuaſit. ꝛ ſtatuit eũ ſupra pinaclm tẽ
pli: iõ occaſio fuit. quare dñs a ſuo ſpiritũ ſit du
ctus: et ſtatutus illic. Pinna vel pinnaculũ eſt
faſtigium. i. ſummitas. Solebãt enĩ antiqui. ſi
cut adhuc fit in pluribus locis ſuꝑiora domoꝝ
vel temploꝝ facere plão ſcemate. vt ibi poſſent
ſtare et agere quod vellent. Uñ dñs ad aplos.
mat.10 Quod in aure auditis ꝑdicate ſuꝑ tecta. Sctã
aũt ciuitas hierlm dicebaꝭ in qua templum et
cultus dei ſcdm legem moyſi habebatur.

**Et dixit ei. Si filius dei es mitte te deorſum. Scriptum eſt enĩ. qꝛ angelis ſuis mandauit de te. ꝛ in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedẽ t.**

In oĩb⁹ tẽptatõib⁹ hꝰ agit diabol⁹: vt itelligat
ſi filius dei ſit. Sed dñs ſic reſpõſionem tempe
rat vt eũ relinquat ambiguum. Dicẽs. mitte te
deorſum. qui oẽs ꝑcipitare ſataagit: infirmuſ
oſtendiꝭ. Nã perſuadere põt. ꝑcipitare nõ põt.
Teſtimoniũ aũt quod inducit non de chriſto tã
tũ: ſed et de omni viro ſancto ꝓphetia eſt. Jeꝛ.
pſalmo. xc. ſic exponit. Quicũqꝫ duas naturas
dei et hominis perfectas crediderit in ſaluato-
re: hic angelicis manibus vallatus. ad lapidem
id eſt ad chriſtũ nõ offendit pedẽ ſuũ. qui lapiſ
eſt offenſionis et petra ſcandali. Aug⁹ in eo-
Aug⁹. Actuũ.1. dem pſalmo. In manibus angeloꝝ ſublatus ẽ
dñs qñ aſſumptus eſt in celum: nõ qꝛ ſi nõ por-
tarent ruiturus erat: ſed qꝛ obſequebantur regi
Nõ ſi dicas: meliores ſunt ꝗ portant qꝫ qui por
tatur. Reſpondebo. Hꝰ. meliora ſũt iumẽta ho-
minibus. Tacuit aũt tergiuerſator de ſui cõcul
catiõe nõ ſubiungẽs filiũ dei ſuꝑ aſpidem ꝛ ba
ſiliſcum ambulaturꝫ et cõculcaturꝫ leonẽ et dra
conẽ. Ait illi ieſus rurſum. [Scriptum eſt. Nõ
temptabis dñm deũ tuũ. Ueris ſcripturaꝝ frã
git clipeis falſas diaboli ſagittas de ſcripturis.
qui vel falſa ꝓponit vel veris falſa ꝑſuadere co
natur. Teſtimonia de deutronomio ꝓtulit dñs
vt ſe de legis ſacramẽta mõſtraret. Suggereba
tur ei quaſi homi vt ſigno aliquo exploraret qꝫ-
tum apud deum valeret. Sed ſicut ſcriptum ẽ
homi: ne deũ temptare audeat: quãdo habꝫ qd
faciat: vt quod cauere oporteat euadat. Inde ẽ

illud. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate:
fugite in aliaz. Poſtqꝫ vo defecit humana ꝓui
dentia ſi homo ſe totum cõmiſerit diuine potẽtie VII
nõ eſt dicenda temptatio. Nunc aũt poterat
xp̃s aliter d tẽplo dſcẽder: qꝫ ꝑ iactãtiã ſe ꝑcipitare

**Iterũ aſſumpſit eũ diabolus in montẽ excelſum valde. ꝛ oſtendit ei oĩa regna mũdi et gloriam coꝝ ꝛ dixit ei. Hec oĩa tibi dabo ſi cadens adoraueris me** B

In montem. i. ſupra montem oñdit regna: non
ꝙ viſum eius ꝗ oĩa videt amplificauerit: ſed
quantũ in ſe fuit verbo et ꝓmiſſiõe oſtendit va
nitatẽ humane pompe quã amabat: ſpecioſam
ſuadẽs dño: vt vl ſic eũ ſibi ſubijceret. Uñ qd lu
cas cõmemorat in momento tꝑis tꝑalia mõſtrã
tur: qꝛ cito cadunt humane poteſtates. dicens.
Hec omnia tibi dabo. ſuꝑbe loquiꝭ. nõ ꝙ oĩa
regna dare poſſet. Procidẽs adoraueris dictuz
eſt. qꝛ adoraturus diabolum: añ corruit. Nota.
qꝛ omnis poteſtas et ordinatõ poteſtatum a dõ
eſt: ſed a malo poteſtatũ ambitio. Poteſtas ita-
qꝫ diabolo ad tẽpus ꝑmiſſa nõ mala eſt. ſed is ꝗ
ãbiendo male vtitur poteſtate malus eſt.

**Tũc dicit ei ieſus vade ſathanas. Scptũ eſt enĩ. dñm deũ tuũ ador. ꝛ il. ſo. ſ.**

Nõ vt quidam putant: ſathanas et petr⁹ ea-
dem ſentẽtia damnãtur. Petro enĩ diciꝭ. Uade
retro ſathanas. i. ſequere me. ꝗ cõtrari⁹ es volũ
tati mee. Hic non dicitur retro: vt ſubaudiatur
vade in ignẽ eternũ. Omni homi ſcꝑtum eſt de
um adorare: eiqꝫ ſoli ſeruire. Grece latria diciꝭ.
ſeruitus illa que ſoli cõuenit deo: nõ creature.
Unde ydolatre nũcupanꝭ hi qui ſacrificia que
vni debenꝭ dõ idolis impendũt. Dulia aũt ẽ ſer
uitus cõmunis ſiue deo ſiue homini. Unde et
ſeru⁹ dicitur latine: qd dulos dicitur grece. Ju-
bemur ergo per charitatem ſeruire inuicem qd
grece eſt duliuz. ꝛ dõ ſoli quod grece eſt latrium.

**Et conſũmata oĩu temptatione tunc reliquit eũ diabolus vſqꝫ ad temp⁹ Erat qꝫ cũ beſtijs. et ecce ãgeli acceſ. ꝛ mi. ei.** C

Conſũmatam omnẽ tẽptationẽ dicit. qꝛ his tri-
bus temptationibus ꝯtinenꝭ origines omniuz
vitiorum. iohanne atteſtante. qui ait. Omne qd
in mundo eſt. concupiſcentia carnis eſt. ꝛ con-
cupiſcentia oculorum et ſuperbia vite. Et ĩ euã
gelica parabola. tribus reprobi negotijs ab eter
ne vite dapibus excluduntur. Prim⁹ dixit Uil Luce.14
lam emi. ꝛc. Alter dixit. Juga boum emi. v. Ali
us dixit. Uxorẽ duxi. Uxoris appetitus. ad con
cupiſcẽtiã ꝑtinet. ſicut gula. Uille emptio. ad a-
uariciam. ꝛ ſuperbiam. Probatio quinqꝫ iugũ
refertur ad concupiſcentiam oculoꝝ: vbi curio-
ſitas eſt et vana gloria. Triplici celo hoſtis quo
tidie arma defenſionis oppone. vt concupiſcen
tia carnis pellatur ieiunio. auaricia. elemoſinis
iactantia precibus. Antiquum hominem ſupe
rauit diabolus gula: inuento pomo. Uana glo-
ria ſuperauit eum: dicens. Eritis ſicut dij.

VII Auaricia etiā ſuperauit eum. quādo dixit ſcien-tes bonū et malum. Auaricia enī recte dicitur ſublimitas ambitionis. Sic etiā temptauit do-minū: ſed victus receſſit. Dauid golyath tribus lapidibus de torrēte ꝓſtrauit. chriſtus diabolū tribus teſtimonijs de lege. Que aūt temptatio-num ꝑma fuerit. que media. que vltima. ⁊ ī qua forma temptator acceſſerit. an in ſua ꝓpria. an ſpecie hominis aſſumpta nō multū refert igno rare. Reliquit dominū diabolus vſq; ad temp⁹. poſtea ꝑ iudeos aperte eum impugnatur⁹. Sic etiam quādo non ꝑualet in temptatiōe a nobis recedit vſq; ad aliud tempus. Inter beſtias do minus cōmoratur. vt homo. miniſterio vtit̃ an-gelico vt deus. Et nos cum in heremo ſancte cō uerſationis beſtiales hominū mores toleram⁹ miniſterium angeloꝝ meremur. a quibus cor-pore ſoluti ad eterna gaudia transferamur.

D Sermo de temptatione dyabolica. et de alijs quattuor temptationibus.

m Ultis temptationum calamitati-bus mens iuſti in hac vita pulſat̃. Uñ et optat ab hoc ſeculo fundi-tus euelli: quo et erumnis careat: ⁊ fixaꝫ il lam ſecuritateꝫ inueniat. Inter eas penas quaſi iuſtus in corpe patitur: atq; eas q̄s mēte p fraudem diaboli tolerat multuꝫ in tereſt. Nam grauius fert quaſi interius lu get q̄ꝫ eas quas exterius ſuſtinet. Has enī et loco euitat et tpe: illas nec loco euitare poteſt nec tempore. Non amplius electos temptat diabolus quā dei voluntas pmit tit. Temptando autē ſanctoꝝ profectibus fuit. Et ſi nolens: tamen ſanctoꝝ vtilitati fuit diabolus: qñ eos temptationibus ſu-is non decipit: ꝫ potius erudit. Naꝫ temp tationes quas ille ad humanū interitū mo uet: interdum chriſtus ad exercitium ꝟtu tum ſalubri vtilitate conuertit. Inſidie di aboli atq; aſtucie q̄uis huc atq; illuc que-rentes quem deuorēt diffundantur a pote ſtate diuina: tamen nō egrediunt̃: ne tātū noceant q̄ntum malicioſe contendunt. Nā q̄uo ſanctoꝝ virtus tanta tolerare quiuiſ-ſet: ſi ſupna diſpēſatio ꝓpio moderamīe ne quitiam demonū frenaretur. Et licet dia-bolus temptationeꝫ iuſto ſemp inferre cu piat: tamen ſi a deo poteſtatem nō accipit nullatenus adipiſci poteſt quod appetit. Uñ et oīis voluntas diaboli iniuſta eſt: ⁊ tñ ꝑmittēte deo: oīs ptās iuſta ē. Ex ſe enī temptare quoſlibet iniuſte appetit: ſed eos qui temptandi ſunt non niſi iuſte tēp-tari deus permittit. Unde et ī libris regū de diabolo ſcriptum eſt. Quia ſpirit⁹ do-mini malus irruebat in ſaul. vbi iuſte que ritur ſi dñi cur malus: ſi malus cur domi-ni: ſed duobus verbis comprehenſa eſt et dei poteſtas iuſta: et diaboli voluntas in-iuſta. Naꝫ ſpiritus malus per nequiſſimā voluntatem: et idem ſpirit⁹ dñi ꝑ acceptā iuſtiſſimam poteſtatem. Diabolus non eſt immiſſor ſed incentor poti⁹ vitiorum. Ne-q; enī alibi concupiſcentie fomenta ſuccen dit niſi vbi prius praue cogitationis dele-ctationem aſpexerit. Quā ſi ſperni vbe rius aſpexerit: ſine dubio ille confuſus di-ſcedit: ſtatimq; frangunt̃ iacula concupi-ſcentie eius: contemptaq; iacent: ⁊ ſine lu-ce faces illius extinguuntur. Sollicite ho ſtis inſidias intelligere parit̃ et cauere dei ſeruum oportet: ſicq; innocentia vite exi-ſtere ſimplicem: vt tñ opteat eū ſimplicita te prudentem eſſe. Qui prudentiam ſim-plicitati nō miſcet: iuxta prophetam: colū ba eſt ſeducta: non habēs cor. Sed ideo co lumba eſt: q2 ſimplex eſt: ideo aūt cor non habēs: q2 ignara prudētie eſt. Sepe frans ſathane ſanctoꝝ cordibus aperitur quādo per ſpeciem boni: angelum ſe ſimulans lu-cis dum nititur electos decipere: detegit̃: atq; contempnitur. Sic et verba fallacis do ctrine deus ſanctos facit intelligere: quati nus diabolicum errorem interius cognoſ-cant: vt ſollicite caueant. Diſcretio ſancto-rum tāta eē debet: vt inter bonū ⁊ malū ꝓ-diti rōe dijudicent: ne eos diabolus p ſpe ciē boni fallat. Tūc enī bñ de ſe iudicāt ſā cti qñ eos ds fallacia demonū tēptamenta facit intelligere. Multi decipiunt̃ a diabo lo et ignorant ſeſe eſſe deceptos: prophete oſee teſtimōio declarāte. Comederūt inq̄t alieni robur eius: ⁊ ipſe ignorauit. Alieni nāq; maligni ſpūs ſig̃cant̃: q̄ ꝟtutes men-tis cōedunt: ꝫ hoc corda negligentiū nō ī tellexerūt. Tanq̄ꝫ inermis diabolus vinci tur: qñ de apta iniq̄tate hoīem deprauare conat̃. Armat⁹ ꝟo tunc incedit: dū p ſpēm ſāctitatis et virtutis ea q̄ ſcā ſunt deſtruit: qñ et qui decipit̃ ſua detrimenta nō ſentit ſed tanq̄ꝫ ſint ꝟtutes que ſūt vitia ſectat̃ ⁊ diligit. In oculis carnalium diabolus ter ribilis eſt: in oculis electoꝝ terror eius vi lis eſt. Ab incredulis vt leo timetur: a for-tibus in fide vt vermis contēnitur: ad mo mentum oſtenſus repellit̃. Qui ſuggeſti-ones diaboli nō recipit iniq̄s: in inſidias minime trāſit. Nā facile in cōſequēti oper̃

i. Reg. 18

E

Oſee. 7

repellit: ſi prima oblectamenta illius re-
ſpuant. Diabolꝰ eni ſerpens eſt lubricus:
cuiꝰ ſi capiti .i. prime ſuggeſtioni non reſi
ſtit: totus in terra cordis dū ꝯſentit illabi
tur. Temptationū diabolicaꝝ initia: fra-
gilia ſunt. Que ſi non cauent: ſed ꝑ vſum
in cōſuetudinē tranſeūt: in nouiſſimo for-
titer conualeſcūt: ita vt nunꝙ̄ aut cū diffi-
cultate vincantur

Diuiſio

F c Um in tota vita diabolus ꝑuari-
care hoīem cupiat amplius tamē
in fine molit decipe. Proinde ꝙ̄ꝗ
uis ſit iuſtus: tn̄ neceſſe eſt vt in hac vita
nunꝙ̄ ſit ſecurus ſed ſemꝑ humilis cauē-
at: ſempq̄ ne in fine corruat: ſollicitꝰ ꝑti-
meſcet. Diabolus ſuis fautoribꝰ blandit
dei ſeruis vero molit temptamēta cōtra-
ria ſcōm exempla dn̄i: qui ſe poſt baptiſ-
mū paſſus eſt a diabolo ꝑtemptari. Dia-
bolus ſctōs omēs non tenēdo poſſidet: ſꝫ
temptando ꝑſequit. Nam q2 in eis intrin-
ſecꝰ non regnat contra eos extrinſecꝰ pu-
gnat: et qui interiꝰ amiſit dn̄m: exteriꝰ cō
mouet bellū. Tūc ꝯtra eū quē poſſidet di-
abolus acrius ſeuit: q̄ſi ſe virtute ab eo ex
pellendū cognoſcit. Uñ ⁊ imundus ſpūs
math. 12. tunc grauiꝰ decerpit pueꝝ in q̄ habitabat
q̄ñ ad xp̄i impiū exire ab eo coactus ē. Qḋ
Iob 40 factū ⁊ ad iob verba reſpicit: vbi innouiſ-
ſimis vehemoth caudā ſuā quaſi cedrus
ſtringit. Plus diabolū cōtra eos diuerſis
temptationibꝰ inſiſtere: qui poſſūt ⁊ alijs
ſua vtilitate ꝓdeſſe: vt dū illi impediunt
ne ꝓficiant q̄ docendi ſūt. Maligni ſpūs
hoc quod intra nos mundare cupimꝰ: ſi-
ne intermiſſione temptant iterū ſordida-
re. Sancti aūt ꝑſago ſpū eoꝝ inſidias pre
cognoſcūt: ⁊ q̄cquid in ſemetipſis terrenū
ſentiunt indeſinenter opibus ſctis exhau
riunt: vt de intimis puri inueniant. Eo-
dem blandimento decipiunt nūc ꝑ diabo
lum hoīes quo prothoplaſti in ꝑadiſo ſūt
decepti. Multis eni vitioꝝ ꝑſtigijs: men-
tes reproboꝝ ꝑ temptando deludit. Nūc
eni promiſſis decipit: nūc rebus tranſito-
rijs quaſi neceſſarijs illicit. Nunc eṁ ipſa
inferni ſuplicia quaſi leuia ac tranſitoria
ſuggerit: quatinꝰ miſeroꝝ corda ⁊ in cupi-
ditate laſciuiaq̄ diſſoluat ſecūq̄ ad tarta-
ra ducat. Argumenta temptationū mala-
rumq̄ cogitationū ſemia que in corda ho-
minū diabolꝰ fundit: ita ſepe vndiq̄ cap-
tant implicant mentē: vt ex qua pte eua- VII
dere quiſq̄ tēptauerit ſine piculo exire ſi
poſſit: veluti ſi iures hoc facere. Qḋ ſi fe-
ceris peccce: ſi non feceris reus piurij ſis: 13. di. duo
Intanto q̄ mali diſcrimīe vt euadēdi adi
tus pateat. minora potius eligenda ſunt:
vt maiora vitent. Diabolꝰ q̄ſi decipe quē-
q3 prius naturā vniuſcuiuſq̄ intēdit: ⁊ in
de ſe applicat: vnde aptū hoīem ad peccan
dū inſpexerit. Ex ea pte hoīes temptat: q̄
eos ꝑ exercentē humorē facile īclinare ad
vitia ꝯſpicit: vt ſcōm humoris conſparſio
nē adhibeat temptationē. Lege balaam Nūe. 23
q̄ in figura diaboli ꝯtra ꝑplm̄ dei ex ea pte
ꝑcepit ꝑnitioſos ꝑtēdere laqueos: ex qua
faciliꝰ ſenſit eos eſſe lapſuros. Nam et q̄a
alicubi deducit: non eā ꝑ aliā ꝑtem mittit
niſi vbi eiꝰ imꝑetū intendit. Nullus cul-
pam non exiſtimet: ꝙ̄ ex ꝓpria paſſiōe ſu
ſtinet: ſed q̄ntum valet ꝯtra id qḋ tolerat
pugnet. Nā ſi ꝯſparſioni cedit tēptationi
vel vitio nequaꝙ̄ reſiſtit. Ideo diabolus
in ſacris eloquijs vehemoth .i. aial dicit:
q2 de celꝰ lapſus ad terras cecidit Iḋo leui
athan .i. ſerpens de aquis dr̄: q2 in huiꝰ ſe
culi mare: volubili verſat aſtutia. Auis ꝓ
pterea noiat: q2 ꝑ ſupbiam ad alta ſuſtol-
litur. Et recte his vocabulis tribꝰ appella
tur q̄ ꝓ ſuo merito aerem q̄ſi auis ꝓ carce
re meruit: terrā vt brutū aial comedit: ſer
pens vt in huiꝰ ſeculi mare in ſana iactat
fluctuatione. Ex eo eni qḋ ꝑ membra ſua
diabolus opatur: ſortitur vocabula: ita vt
qḋ ſinguli agunt incitante illo: ipſe noiet
ex eo. Quē eṁ nō decipit diabolꝰ vt aial
eſt: hoc ē ꝑ carnis luxuriā: tēptat vnde ſer
pens eſt: hoc ē cupiditatis ac nocēdi mali
tia: quē aūt nec ſic decipit: inſidiatur ei vt
auis ē: hoc eſt ſupbie ruina. Unde eṁ do-
los ꝑparat: quouſq̄ inueniat viā: ꝑ quam
incautum decipiat.

Diuiſio

G a Liud ē intrare diabolū in mentē
cuiuſquā: aliud vero inhabitare.
Nam in corda ſanctoꝝ ingreditur
dū malas ſuggeſtiones inſinuat: ſed nō in
habitat in eis: q2 in ſuo corpe non eos tra
ducit. Qui xo in corpe eius ſunt: ipos in
habitat: quia ipſi ſunt templū eiꝰ Et ſi ſur
ripiat mentibꝰ electorū diabolus: non aūt
in eis requieſcit: ſicut in cordibus reꝓbo-
rum. Nā calore fidei mox excitatur: vt ex-
eat ab electis. Non nulli quos iam auido

VII ore diabolus deuorauāt:rurſus diuini iu-
dicij occulta miſeratione ab eius ore diri-
piūtur:et ſaluti reſtituunt. Nam ſepe mł-
tos quos antiqu⁹ hoſtis luxurie ceno mer
ſos tenuit:potentia diuina per penitenti-
am ab eius faucibus traxit:quomō de bo-
noꝝ interitu propheta dic̄ electos eē. Dia
boli eſcam dū alibi ſcriptum eſt de illo: fe-
num vt bos comedet:niſi ꝙ in oculis dī fe
nū ſunt: qui electus cibus ſcdm hoīes vi-
Job.40. dentur. Ac per hoc qui de bonoꝝ numero
pereunt:apud hoīes electi:apud deum fe
num exiſtunt. Cum diabolus iam deglu-
tiſſe dicitur: quē iam perfecto ſcelere deuo
raſſe videtur: Eum vō quem nō degluti-
uit operis pfectione:ſed temptationum il
lecebris mordet vt deuoret: adhuc quaſi ī
maxilla mandit. Unde et paulus habʒ ſti
mulos carnis: quibus humilieī nō habet
peccādi pfectionē q̄ deglutiat. Os diaboli
vba ei⁹ ſūt:vba vō ei⁹ inſpiratōes occulte
ſūt quibus corda hominū alloq̄ns occult
vrit cupiditatibus. Quidam ob incorrigi
bilem iniquitatem:qꝛ ſponte non corrigū-
tur immundis ſpiritibus vexandi tradun
tur vt arripiendi eos demones corporalit
habeant poteſtatē:terroribuſq; eoꝝ affli-
cti humilientur:ꝛ peniteant ac ſaluentur.
Sicut ꝛ apl's chorinteis ſcribēs dicit. Tra
dite huiuſmodi ſathane in interitū carnis
vt ſpūs ſaluus ſit. Utile eſt ei quoſdā pec
j.Cor.5 cātes vt aīe ſaluent ſathāe corpaliter de-
putari:q̄tinus ex pn̄ti correptione futurū
iudicium timeant:ꝛ de cetero derelinque-
re caueant. Quidam aūt poteſtati demo-
num ad emendationem deputantur: qui-
dam vō deſpecti:ad ſolā pditionē tradunt
Nōnunq; diabolus adūſus hominē iuſtū
aut tribulatiōes cordis illi exaggerat:aut
dolores corpis ſuſcitat. Hinc eſt ꝙ apl's ait
Datus ē mihi ſtimulus carnis mee ange-
lus ſathāe: vt me collafizet. Sepe iuſti mē
tem varijs vexationum doloribus vis de-
monum cruciat:vnde interdū vſq; ad de-
ſperationis anguſtiam coartat. Permanē
ti autē in dei amore anime: ꝛ ipſa talis an
guſtia ad meritum pficit. Nā ſiue ī aīo:
ſiue in corpe p inſtinctū immūdoꝝ ſpiritu
um q̄libet iuſtus adūſa patiat:ex dei itaq;
ōmiſſu id patitur. Qō ſi hoc ipſum ad dei
gl'iam humilis referat:et dicat:ſi bona ſu-
ſcepimus de manu dn̄i:mala āt q̄re n̄ ſuſti
neam⁹. Iſte nō ſepatur a deo:ꝫ ꝯiungitur

q̄libet atroci anguſtia torqueatur. Multa
iuſtus aduerſa in anima patitur: inſtigati
one demonū:ꝫ talibus temptamentis pe-
rire vite eterne nō pōt:qꝛ pius dn̄s ad dā-
nationem culpe nō reputat qđ de ſue ma-
ieſtatis pmiſſu nolens que patitur portat
Nā ibi peccamus vbi cupiditatem vł vo
luntatem deflectimus. Ubi vō violenter
addicimur:et ſi facinus aut flagicium non
eſt:miſeria tn̄ p flagicis et facinore eſt. Sʒ
quia deū p irrigata laudat miſeria cōmiſ-
ſa pculdubio euacuat facinora. Prete-
rea videndū ꝙ quattuor ſunt temptatōes
de quibus in pſalmo centeſimoſexto. Cō- H
ſitemini dn̄o:cuius ſecūdus vſus ē: Dicāt psal.106
qui redempti ſunt a do. Cōfiteant domi-
no miſcđie ei⁹:ꝛ mirabilia eius filijs hoīm
quater repetitur:q̊ nō iuuāte dn̄o q̄ntum
ſcrutari valuimus temptatōes q̄ttuor ſig
nificant. Ab his ergo quiſq; irretitus eri-
pitur:p eum cui oīe genu flectit. Eſt igit
pma temptatio erroris et famis: erroris:
qꝛ ī ignorantia ſe homo inuenit: famis: qꝛ
vitatē noſcere cupit:et ea ſatiari appetit.
Qua temptatione cū fatigatus q̄s fuerit:
ꝛ corde ad deū clamauerit:ad viā ſidi pue-
niet:p quā ad ciuitatē q̄etis pgere īcipiet.
Perducitur itaq; ad chriſtum:q̊ dicit: ego
ſū via. Quapropter ab errore ac fame li-
beratus:ꝛ ad viā que chriſtus ē pduct⁹ di
cat cōfiteant dn̄o miſcđie ei⁹ ꝛ mirabl'ia e⁹
filijs hoīm. Hec eſt pma tēptatio:a q̄ pfici-
ens liberat:xp̄o ſibi ppitio. Scđa tempta
tio eſt cū cibū veritatis accepit et in via q̄
chriſt⁹ eſt:poſitus fuerit:audit:bn̄ viue ꝛ
ſic accepiſti ac noſti:meliorari ſatage. Sʒ
de ſe p̄ſumens:dū ꝯfligere aduerſus vitia
conat:ob ſue p̄ſumptionis ſupbiā ſupat.
Sicut g̊ erroris ꝛ famis pma fuit tempta-
tio:ita ſcđa eſt difficultatis in bene opan-
do. Propterea exclamet ad dn̄m: tali diffi
cultate grauatus:nam clamās ad eū:libe-
rabit de neceſſitatib⁹. Rumpet eīm vincu-
la difficultatis:ꝛ ꝯſtituet oparium ſuū:in
opatione equitatis. Incipiet g̊ ei iā eē fa-
cile:qđ fuerat difficile: ſcʒ bene facere:et a
malis omnib⁹ abſtinere:ꝛ fiet facultas qđ
fuerat difficultas. Hoc vero ſine difficulta
te dn̄s potuit p̄ſtare: ſed ſi hoc abſq; diffi-
cultate haberem⁹:largitorē hui⁹ boni nō
agnoſceremus. Nr̄is enī viribus hoc tri-
buerem⁹:ꝛ deū collatorē hui⁹ gr̄e nō ſen-
tiremus. Et qꝛ humana fragilitas qđ ſibi

eſt p̄ceptum. licet velit: per ſe nõ valet du
cere ad effectũ: dicat itẽ cum pſalmiſta: cõ
fiteantur dño miſericordie eius: ⁊ mirabi
lia eius filijs hominũ. Hec eſt ſecũda tem-
ptatio: difficultatis vincendaꝝ ꝯcupiſcen
tiaꝝ. Poſt has duas temptationes: tertia
hominẽ excipit: ei vero loquor: q̄ has du-
as iam tranſijt. Nam due iſte: ſunt multis
note. Quis enĩ neſcit ſe ad veritatẽ ab ig-
norantia veniſſe: ad verbũ fidei: a fame ſa
pietie. Hec vero tertia eſt tediũ verbi diui
ni: ſcʒ tediũ orandi: legendi: vigilandi: et
alioꝝ q̄bus poſſet ad meliᵒ ꝓuehi: ⁊ tan-
tũ incurrat interdũ ꝑiculũ: vt nil de prius
bene geſtis faciat eum ſecuꝝ: ſed ꝓ tedio
ſe timeat ꝑiturũ. Sicut enĩ faſtidito cibo
corꝑali: corpus ꝑimit̃: ita faſtidito ſpirita
li victu: aĩa ꝑiclitat̃. Vñ rurſus clamat ad
dñm ⁊ liberat̃: ⁊ inde ſequit̃ vt ꝯfiteatur.
Ecce ſplendificatis tenebris ⁊ difficultati
bus veterũ ꝯſuetudinũ ſupatis et repul-
ſo tedio verbi dei. talis iã aptᵒ eſt q̄ ad re-
gimen eccleſiarũ debeat ꝓuehi. Sed q̄n-
tomagis exaltat̃: tanto amplius ꝑiclitat̃.
Tũc enĩ inſurgit tẽpeſtas maris eccleſiã
q̄tientis: ⁊ gubernatorẽ turbantis. Et ſic
ꝑiclitat̃ mõ aſcendẽdo vſq; ad celos ſpan
do: interdũ deſcendẽdo ad abyſſos deſpe-
rãdo. Itẽ clamat ad dñm ⁊ liberat̃: ⁊ ideo
merito vt prius ꝯfitet̃. Hec ẽ q̄rta tempta
tio: q̄ vocat̃ ꝑiculũ: in regimie rerũ publi-
carũ. Nemo vº putet hanc tẽptationẽ ad
ſolos ꝑtinere p̄latos: q2 omnes in naui por-
tant̃: et q̄ oꝑant̃: ⁊ qui gubernant̃: ⁊ ſimul
in mari ꝑiclitant̃: ⁊ ſimul in portu ſaluant̃
Quattuor hec temptatiões in pſalmo po
nuntur: q̄ ꝑ quattuor ꝯfiteant̃ intelligũt̃.

Itẽ ſermo de quadrageſima

Cariſſimi cũ de ꝑadiſo expulſi ſu-
mus dictũ eſt nobis puluis es: et
in puluerẽ reuerteris. Vt ḡ redi-
Geñ.3. re poſſimᵒ: penitentiã in capite ieiunij: in
cinere et cilicio egimᵒ. Puluis q̄ppe ſumᵒ
et cinis: et vermis putredo filius hominis
Et quia repatriare ꝯtendimus: hoſtes .i.
demones: iter ſalutis nobis obſidere no-
uimus: ideo arma ſpiritalia: quod eſt orõ
humiliatio: afflictio: ſuſtollimus: vt ꝯtra
ſpiritalia nequitie pugnare: et omnia tela
ignea nequiſſimi hoſtis extinguere poſſi-
mus. Cũ enĩ illa die ꝓceſſionẽ cum cruci-
bus fecimus: quaſi hoſtibᵒ armati ad pug
nã obuiã iuimᵒ. Vnde et ꝑletaniã ſctõs
in adiutoriũ nr̃m inuocamᵒ: q̄tatinᵒ viri
liter decertare: ⁊ in celeſti aula triũphare
valeamᵒ. Quarta etate mundi edificauit
ſalomon dño templũ. vij. annis: qđ deſtru
ctũ a babilonijs: reedificatũ eſt a ihũ ſacer
ſacerdote. xlvj. annis. Salomon ẽ xp̄o: tẽ- iohãnis.2
plum eccl'ia. Hoc templũ vij. annis a ſalo-
mone edificatur: q2 eccl'ia. vij. donis ſpũs
ſãcti a xp̄o informat̃ A babilonijs deſtrui
tur: q2 a demonibᵒ varijs vitijs ſubruitur
ſed iteꝝ ab ihũ. xl. ⁊ vj. annis reedificatur
q2 his. xl. ⁊ vj. diebus eccl'ia in templũ deo
co edificatur. Itaq; a capite ieiunij vſq; in
paſcha. xl. ⁊ vj. dies ꝯputãtur. Templũ
quoq; corꝑis chriſti. xl. ⁊. vj. annis edifica
tur: cui eccl'ia incorꝑatur. Maria q̄ppe. xij.
annoꝝ exiſtit: dũ chriſtũ genuit. Chriſtus
vero. xxx. ãnoꝝ fuit: ⁊ q̄ttuor dũ morte ſo
lutus corruit. Qui anni ſimul iuncti. xl. ⁊
vj. fiunt: totq; dies a capite ieiunij vſq; in
paſcha exiſtũt: qua die xp̄s templũ corpo-
ris ſui reſtituit: qđ prius impulſio iudeo-
rũ ſoluit. Ideo q̄rta feria ieiuniũ inchoa-
mus: q2 chriſtũ ſuũ ieiuniũ quarta feria in
choaſſe p̄dicamᵒ: quẽ ſcđa feria baptiſatũ
nõ ignoramᵒ. cui ꝑ ieiuniũ incorꝑari deſi-
deramᵒ: ⁊ ſalomonẽ q̄ q̄rta etate mũdi tẽ-
plũ in figura eccl'ie ꝯſtruxit ſimilamᵒ: in q̄
nunc coedificari a chriſto optamus. Ideo
iſtis q̄ttuor diebᵒ a capite ieiunij ieiunat̃:
q2 eccl'ia a quattuor plagis mundi in edi-
ficiũ tẽpli dĩ congregat̃. Deinde. xl. diebᵒ
ieiunatur: q2 per quattuor euangelia ⁊. x.
legis precepta. hoc templum in chriſto cõ
ſummat̃: q2 nõ venit ſoluere legẽ ſ3 imple-
re. Iſta quadrageſima eſt chriſtianoꝝ car-
rina. Nam multa ĩ anno committimᵒ que ꝯ cõſe.di.
pertinẽt ad carrinam: ⁊ ideo eccleſia ſtatu quadrage
it: vt ꝓ his ieiunemᵒ hãc. xl. Eſt etiã deci- ſima.
ma vite nr̃e. Sicut enĩ de alijs rebᵒ ita eti-
am decimã debemᵒ dare de diebus. Annᵒ
nãq;. ccc. lx. diebus ꝯſtat. Et cũ nos ĩ iſta
xlma: exceptis dñicis diebᵒ. xxxvi. dies ab
ſtinemus: quaſi decimã de diebᵒ ꝑſoluimᵒ
Lex quoq;. x. p̄ceptis cõplet̃: ⁊ annus q̄t-
tuor tꝑibus. ſcʒ. vere. eſtate. autũno. ⁊ hye
me voluit̃: ⁊ homo quatuor elemẽtis. i. ig-
ne: aere: aqua: terra: perficitur. Qui ergo
quattuor nr̃i corporis q̄litatibᵒ in q̄ttuor
anni tꝑibus cõtra dei p̄cepta decẽ fecimus
iuſtũ eſt: vt his quaterdenis diebᵒ deo no
ſtro ſatiſfaciamᵒ. Hoc aũt ideo circa paſſio
nẽ dñi agimᵒ: q2 ſi cõpatimur: ⁊ cõregna-

VII bimus. Scire aũt debem⁹ dilectiſſimi: vñ
dies .xl. ſint inſtituti: cũ ds pplm ſuum de
iugo pharaonis eripuit .xl. annos eũ p de-
ſertum duxit: panẽ celi eis pluit: q̄ omẽ de
lectamentũ habuit: aquã de petra produx
it: que ſaporem mellis et olei prebuit: ve-
ſtimenta illoꝝ non ſunt vetuſtate attrita:
nec maculata ſordibus: ⁊ nõ erat in tribu-
bus eoꝝ infirmus. In nocte p̄ceſſit eos an
gelus dñi: in columna ignis: ⁊ repulit ab
eis horrorẽ noctis: in die vo ꝓtexit eos in
nube ab eſtu caloris. Qui poſt .xlij. man-
ſiones intrauerũt in terram repromiſſiõis
Si .xl. annis diez ꝓ anno decimabis .xl. di
es cõputabis. Hi ſunt iſti .xl. dies quos ob
ſeruat populus chriſtianus: quẽ de opp̄ſſi
one diaboli redemit dñs: quẽ p cuſtodiam
decẽ p̄ceptoꝝ: et iiij. euãgelioꝝ de corpore
ſuo paſcit ſanguinẽ de latere ſuo vt aquaz
de petra ꝓducit. Que petra bis virga p-
cuſſa eſt: ſcz caro chriſti duobus lignis cru
cis affixa. Qui potus dat ſaporem mellis
et olei: q2 oleo miſcdie vulnera peccatoꝝ
noſtroꝝ ſanat: et melle eterne dulcedinis
nos ſatiat. Et ſi veſtimẽta que ĩ baptiſmo
ſuſcepimus vitijs nõ atterũtur: nec pecca-
tis polluunt̃: tunc p̄cedit nos igne ſci ſpiri
tus in nocte huius tenebroſe vite: in die ve
ro iudicij ꝓteget nos nube ſue humanita
tis ab eterni incẽdij ardore: ieſus xp̄s d. n.

Dominica ſecunda. Scdm mathe ũ.

E Greſſus ieſus ſeceſſit in par
tes tyri et ſydonis. Et ecce
Math. 15 mulier chananea gentilis ſy
ro pheniſſa gener̃ clamauit
dicens. Miſerere mei dñe fili dauid. fi-
lia mea male a demonio vexatur. ⁊ cetera
Chananei terras in qb⁹ iudea eſt incoluerunt.
Qui vel bello conſumpti. vel in loca vicina diſp-
ſi vel in ſeruitutẽ cõditõne deuictoꝝ ſubiecti: no
men tamẽ ſine patria ſede circumferunt. Ex il-
la ḡ diſpſione inter cetera contigit q̄ hec chana-
nea q̄ eſt ſyropheniſſa genere. hoc eſt ex ſyris: et
phenicibus orta. Gentilis itaq3 eſt. et ſi iudeis
admixta ꝓſelitoꝝ formã p̄ferat. Merito nanq3
exiſtimatur ex lege cognouiſſe q̄ chriſtum ⁊ do-
minũ et dauid filiũ cõfitet̃. Typice aũt ſignifi-
cat eccleſiã de gẽtibus q̄ ꝓ filia rogat. cum ꝓ aĩa
bus nõdũ credẽtib⁹ ſupne pietatis miſcdiaz ſup
plicat vt a fraudib⁹ diaboli ſoluent̃. Bene iuxta
matheũ de finib⁹ ſuis egreſſa fuit. ⁊ iuxta mar-
cum ad pedes dñi ꝓcidit. vt ex vtroq3 colligat̃
qd illi recte ꝓ errantibus orãt. q̄ p̄ſcas ſue pfidie
mãſiones relinquũt. ⁊ in eccliam ſe pia deuotõe
tranſſfert̃. Ieſus ãt nõ rñdit ei verbum.
Et accedentes diſcipuli eius rogabant
eũ dicẽtes. Dimitte eã q2 clamat p⁹ n.
Poſt ãbulãtez dñm mulier chananea depcato
rias voces emittit: et p̄us ĩ domo ad pedes eius
ꝓcidit. vt marcus cõmemorat. Qd aũt dñs nõ
reſpondit ei nõ fuit de ſupcilio ſupbie: ſed ne ſi-
bi cõtrari⁹ videret̃ cũ dixiſſet. in viã gẽtiũ ne abie
ritis. ⁊ ne occaſionẽ daret calũniatorib⁹ pfectaz
ſalutẽ gẽtiũ reſurrectõis tẽpi reſeruõs. Pro cha
nanea diſcipuli rogabant neſciẽtes miſteria dñi
vel miſcdia cõmoti. vel importunitatẽ ei⁹ carere
cupiẽtes. Ieſus aũt reſpõdẽs ait. Non
ſũ miſſus niſi ad oues que ꝑierãt do. iſ.
Hoc dixit q̄ p̄mũ miſſus ſit ad iſrael quẽ negli-
gẽtẽ euãgeliũ dimiſſur⁹ erat. ⁊ tráſitur⁹ ad gẽtes
At illa venit et adorauit eũ dicẽs. Dñe
adiuua me. Qui dixit. Sine p⁹ ſaturari
filios. Nõ ẽ ei bonũ ſumere panẽ filioꝝ
et mittere canib⁹. Tale eſt qd dicit. Futurũ ẽ
vt et vos gẽtes ſalutẽ cõſeq̃mini. ſ3 pri⁹ opꝫ ſal
tẽ aliquos iudeos q̄ antiq̃ electõe filij dĩ noĩant̃
pane celi refici: ⁊ ſic tãdẽ gẽtib⁹ vite pabula mi-
niſtrari. Canes dicũtur ethnici ꝓpter ydolatriã.
q̄ cruſ ſãguĩs dediti: ⁊ cadaueribus mortuoꝝ fe
runt̃ ĩ rabiẽ. O mira ꝯuerſio. Quõdã iſrael erat
fili⁹: nos canes. ⁊ poſtea dictũ ẽ de eo. Circũde-
derũt me canes multi. At illa dixit. Etiam
dñe. Nã et catelli edũt de micis que ca
dunt de mẽſa dñoꝝ ſuoꝝ. Senſus ẽ. Cer-
te dñe verũ eſt qd dicis. nõ eẽ bonũ panẽ filioꝝ
mittere canib⁹. ſed ideo nõ deſiſto p̄cari tuã mi-
ſericordiã quã mihi ſcdm ſilitudinẽ panis et ca
nũ cõuenienter facere potes. nã et ꝓ etiaz. i. certe
catelli edũt de micis. Ergo ſi ſũ indigna cui inte
grũ panẽ p̄beas. ſaltẽ da mihi filie mee ſanitatẽ
quaſi micã cõpatõne mltoꝝ mirabiliũ q̄ feciſti.
Miſtice mẽſa ẽ ſcp̄tura ſcã: panẽ vite miſtrãs.
Vnde eccl'ia dicit. Paraſti ĩ ꝯſpectu meo mẽſaz
Mice ſũt interna miſteria ſcp̄turaꝝ. qb⁹ humi
liũ corda reficiũtur. iuxta illud Adipe frumẽti
ſatiat te. Nõ ḡ cruſtas edũt catelli. q2 verſi ad fi
dẽ de gẽtib⁹ nõ lr̃e ſupficiem ſ3 ſpũalẽ requirunt.
medullã. et hoc ſub mẽſa dñoꝝ dũ verbis ſacri elo
quij humiliter ſubditi officia cordis ⁊ corpis ſb
ponũt ad implẽda p̄cepta. Vel dñi mẽſe poſſũt
intelligi ſcp̄turarũ cõpoſitores ſeu interp̄tes. Et
tũc ait illi. O mulier magna ẽ fides tua.
fiat tibi ſicut vis. Et ſanata ẽ fi. e. ex il. h.
Sub pſona mulieris chananitidis magna fides
eccl'ie magna patiẽtia ⁊ humilitas p̄dicat̃. q̄ cre
didit poſſe ſanari filiã. et totiẽs cõtẽpta paſſa ẽ
in p̄cib⁹ pſeuerare. et humilitate ſe nõ canibus:
ſed catulis cõparauit. Qua propt̃ liberata eſt fi
lia. Vbi dat̃ exẽplũ cathezizãdi et baptizãdi in-
fantes. q̄ p fidẽ et cõfeſſionẽ parẽtũ liberãtur in
baptiſmo a diabolo. Qd aũt dñs puez cẽturio

illo et filiã chananee nõ veniẽs ad eos ſanat ſignificat gẽtes ad quas nõ venit ꝑ pñtiam corporis ſaluandas per verbum ſuum.

**Sermo de trib⁹ oſculis pedum manuũ oris et de labio ſuperiori et inferiori.**

R Oſculet᷑ me oſculo oris ſui. Tria ſunt oſcula: de quibus videndũ eſt vnde nominẽtur: vñ ſumantur: q̃ fructus iñ ꝓueniat: quib⁹

Can. i

perſonis vel meritis vnumquodqꝫ ꝯgruat Primũ vocat᷑ ꝓpiciatorium vel reconciliatoriũ ſcd̃m ꝓmeritoriũ vel remuneratorium. terciũ diuinũ vel cõtemplatoriũ. Primũ ſumit᷑ ad pedes: ſecũdũ ad man⁹: tercium ad os. Primũ cõuenit ratiõabiliter penitẽtibus: et in grãm dei redire volentib⁹ Pedes dñi q̃s oſculãdi recõciliãda ſunt miſcd̃ia et iudiciũ: q̃ incutiũt homi ſpem. et timorẽ: ne vel penitẽtiã neglegat ꝑ preſumptionẽ: ſolã attẽdẽs miſericordia ſcd̃z illud. miſcd̃ia dñi plena eſt terra: ꝛ miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. vel indureſcat in deſperationẽ ſolaz penſans iuſticiã: ſcd̃m illud. quis nouit poteſtatez ire tue: et p̄ timore tuo: irã tuaz dinumerare? Sed vtrunqꝫ pedẽ deoſculetur dicens cuz propheta. Miſcd̃iam ꝛ iudicium cantabo tibi dñe: et vniuerſe vie dñi miſcd̃ia et veritas. De his pedibus dicit᷑. In mari via tua et ſemite tue in aquis multis. Et alibi Adorauimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. His pedibus venit chriſtus ad nos: vñ dicit᷑ Miſcd̃ia et veritas obuiauerũt ſibi. Fructus huius oſculi remiſſio eſt peccatoꝝ hunc ꝯſequitur ciuis ſui adulter. ꝓditor et homicida dauid: cui dixit nathan tranſtulit deus peccatũ tuum. Sic deo pedes oſculatus eſt publican⁹: q̃ redijt in domũ ſuã iuſtificat⁹. Hec veſtigia feliciter deoſculata eſt ethiopiſſa illa famoſiſſima maria magdalena: de qua eiecit et ieſus ſeptẽ demonia: cui et dixit. remittuntur tibi peccata. In cuius pſona dicitur in cãticis. Nigra ſum ꝑ culpaz: formoſa ꝑ gratiã. In his q̃s vbi grã poſuim⁹ et cõſimilib⁹ ponunt᷑ inimici dñi ſcabellũ pedũ eius. Man⁹ dñi ſũt munificẽtia et beniuolẽtia in q̃b⁹ ab oĩbus differt ds̃: excellentẽ habẽs p̄ omnib⁹ copiã et liberaliſſimã volũtatez largiendi. De beniuolẽtia ei⁹ dicit apl̃s: qui vult omnes ſaluos fieri. De mũificẽtia dicit ꝓpheta: Aperis tu manũ tuã: ꝛ imples oẽ animal bñdictiõe. O medicibilis largitas ꝛ liberalitas. vt ſol irradiat: vt ros irrorat: vt fons gratis irrigat: qui pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Non ſufficit pedes dñi deoſculari a malis ceſſando: niſi et oſculemur manus ei⁹ bñ ꝓmerendo. Unde dicit pſalmiſta. Declina a malo: et conſequẽter fac bonum. Et eſaias. Quieſcite agere peruerſe et deinde diſcite bene facere. Et eſt cõgruus ordo: vt cũ dñi ſui offenſaz incurrit: ad pedes ei⁹ ꝓcidat: ploretqꝫ corã dño q̃ fecit eũ: poſtq̃ dñi grãm habuerit: accedat ꝛ ſbſeruiat manibus porrigẽdo: chriſti minis ſubſeruiendo: et ſic ꝓ meritis donabitur: accipiens benedictionẽ a dño: ꝛ miſcd̃iam a deo ſalutari ſuo. Unde et fructus huius oſculi eſt ꝓfectus: ꝛ collatio virtutum. VII

Poſt duo oſcula in quibus eſt criminũ cõdonatio et meritoꝝ collatio: reſtat illd̃ tercium ꝛ dulce oris oſculũ vbi felici anime ꝑſtatur iocunda diuine faciei contemplatio De qua dicitur. Oſculetur me oſculo oris ſui. Os dei eſt verbum: dei filius. Unde ꝓpheta. Os eius ad iracundiã ꝓuocauim⁹: in quo oĩa creauit: ſicut dicitur: ipſe dixit et facta ſunt: et ſemel locutus eſt ds̃: qui et nobis locutus eſt: quãdo paterni cordis archana aperuit. In humanis rebus adeo nulla res dulcis eſt: vt amor inter ſponſuz et ſponſam. q̃ ꝓpter hunc duo vna caro efficiunt᷑. Similiter nulla cõiunctio intelligit᷑ tam diſtricta: et ſic ꝓxima: vt ſpũs creati et increati: q̃ ibi de duob⁹ vn⁹ ſpũs efficit᷑. Spõſa itaqꝫ amore languens: ſponſuz ſitiens: dilectionẽ nõ ſuſtinens: nõ impatiue ſꝫ votiue et eſtuanti deſiderio exoptat. N
Uñ et dicit. Oſculet᷑ me oſculo oris ſui. Duo ſũt labia ſpõſe: labiũ inferi⁹ volũtas: q̃ appetit⁹ dr̃: ꝛ cõſenſualitas: quã habem⁹ cõem cũ aĩalib⁹. Labiũ ſupi⁹ eſt rõ. Iterꝫ duo ſũt labia ſpõſi: labiũ inferi⁹ intelligentia: qd̃ labiũ cõiũgit᷑ volũtati: vt intelligat quidẽ libere velle et appetere: ꝛ dicat prius cupiebã carnalia: nũc vero cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtificatõẽs tuas ĩ oĩ tẽpore. Superi⁹ labiũ ſpõſi ẽ ſapĩa: quã tangit rõ vt nihil p̄ter deũ ſapiat: ſicqꝫ ſue ſẽſualitati p̄eſſe ꝛ dñari p̄ualeat: ꝛ ex iſta ſapĩa guſtãs dulcedinẽ dĩ cũ ꝓpha dt Guſtate ꝛ vid. qm̃ ſua. ẽ do. Reliquũ ẽ videre q̃b⁹ ꝑſonis ĩ eccl̃ia vl̃ meritis ĩ aĩa hec ſingl̃a oſcl̃a ꝯueniãt. Prouolut⁹ ẽ ad pedẽs iob radicẽs ſaniẽ teſta. i. corruptõz pctĩ dura pnĩa. Oſculũ ad man⁹ ſuſcipiẽs ẽ heſter: cui ad regẽ

VII introeunti. aurea virga: i. diuina clemētia
ꝛ ꝟtutum ꝓmotio de manu benefici largi
toris porrigitur. Pertingēs ad oſculum
oris eſt moyſes: qui in monte cum domino
cōmoratur: et ore ad os loqtur: vel maria
que verbum ex ore ieſu aure intenta audi
re expetit.. Dñica tercia. Scdm lucā

D Luce. xi.

Rat ieſus eiciens demoniū
et erat illud mutum. Et cū
eieciſſet demonium locutus
eſt mutus. et admirate ſunt
turbe dicentes. Nunquid apparuit ſic
in iſrael. Nunquid iſte eſt filiꝰ dauid. ꝛc.
Ac ſi dicant turbe fideles. Non tm̄ eſt filius da
uid iſte: ſed etiā filiꝰ dei. In greco meliꝰ ſonat
ſurdum q̄ mutum: ſed ſcriptura alterū accipit
indifferenter ꝓ altero. Egreſſis aūt ſubaudis ð
hoc ſeculo obtulerūt dño pdicatores mutū ſcʒ
populum multum. qui nihil adhuc erat locutꝰ
de glīa dei. qꝛ nō habuerant pdicatores. Hic po
pulus intelligitur fuiſſe de gentibus: vnde ꝛ ſeq
tur admiratio turbarū de ipſis dicentibus: Nun
q̄ ſic apparuiſſe in iſrael. ſcʒ vt tot inde ſimꝰ cō
uerterent ad xp̄ianiſmū Phariſei autē
dicebāt. In beelzebub principe demo
niorum hic eicit demones. Turbis mi
nus eruditis facta dñi mirātibus ſcribe ꝛ pha
riſei ſiniſtra interptatione de factis dñi labora
bant attribuentes miracula eius beelzebub: q
deus erat accaron. Beel ipē eſt baal. Zebub aūt
muſca vocat. Hec iuxta quedam mēdoſa exē
plaria. l. littera. vel d. in fine eſt nomis legenda.
ſed b. beel. zebub. aūt vir muſcarū. ſiue habens
muſcas interpretatur. ob ſordes vicꝫ immolati
eiꝰ cruoris: ex cuius ſpurciſſimo ritu vel nomie
principem demoniorum cognominabant. No
ta qꝛ Ninus rex ꝯditor niniue belo patri ſtatuā
cōſecrauit: eiq; diuinos honores conſtituit. Cu
ius ſimulachꝛi ſimilitudinem chaldei ſuſcipi
entes. bel vocabant. inde paleſtini ſuſcipientes
baal dicebant: moabite beelphegor. Iudei autē
veri dei cultores ꝓpter deriſionē gentiū. beel
zebub appellabant: aſſerētes i hoc ſimulachro
principem demoniorꝫ habitare. Ipſe autē
vt vidit cogitationes eorum dixit eis.
Omne regnū in ſe ipm̄ diuiſū deſolabit.
et domus diuiſa aduerſus nō ſtabit ſe.
Ad cogitationes phariſeorꝫ reſpondit vt vel ſic
compellerent credere. Iuxta lrām patet qꝛ om
ne regnum ſolidum et firmū ſi ꝑ partes diuidit
cum alij ab alijs vel puniūtur vel perimuntur.
in ſolitudinē redigitur vacuatū ab habitatoribꝰ
Cadere quoq; ratio ē domus ſiue ciuitas. quod
Matheus ponit. Cōcordia naq; parue res cre
ſcunt: diſcordia maxime dilabūtur. Quo ōt hec
ſpiritualiter attendantur: exponit. Si autem

et ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt. quō
ſtabit regnum ipſius. Non poteſt ſtare ſʒ fi
nem habebit. qꝛ dicitis in beelzebub eijcere me
demonia. Eligāt qđ velint. Si ſathanas ſatha
nan nō poteſt eicere: nihil contra dñm dicunt.
Si autē poteſt recedant a regno eius. quod di
uiſū ſtare nō pt: ne in ruina eiꝰ pariter inuoluāt.
Si aūt ego in beelzebub eijcio demo
nia filij veſtri in quo eiciunt. Ideo ipſi P
iudices veſtri erunt. Filios iudeorꝫ vel exor
ciſtas gentis illius ſignificāt vel aplos ex eorū
ſtirpe generatos. Quaſi dicat. Si in filijs vrīs
expulſionem demonum deo attribuitis: quare i
me non idem facitis. Apoſtoli qui ſūt ignobilia
et contemptibilia huius mūdi. in quibus n̄ ma
lignitas: ſed mee ꝟtutis ſimplicitas apparet: te
ſtes mei erunt qꝛ in ſpiritu ſancto eicio demonia
Et erunt veſtri iudices de hoc quod mihi impo
nitis per beelzebub operari. Vel exorciſte q̄ filij
veſtri ſunt et demones fugant ab obſeſſis iudi
ces veſtri erunt: non poteſtate vt mei diſcipuli ſʒ
comparatione dum illi expulſionem demonum
deo aſſignant vos beelzebub principe demonio
rum. Porro ſi in digito dei eicio demonia: pfe
cto peruenit in vos regnum dei. Si ego in ſpiri
tu dei eicio demones: nec alr̄ poſſunt filij veſtri
eijcere: pculdubio peruenit in vos regnum dei:
quo ſubuertitur regnum diaboli: cū quo ꝛ vos
ſubuertimini. Regnum dei eſt poteſtas qua dñ
nantur impij et a fidelibus ſecernuntur. Vl' ita
Regnū dei vel ſeipm̄ ſignificat. de quo alibi di
cit. regnum dei intra vos eſt. ꝛ medius ſtat inter
vos quem vos neſcitis. vel regnum ſcripture ab
latum iudeis et traditum nobis. Vel regnū ce
lorum quaſi dicat. Si in ſpiritu dei eijcio demo
nia: ſine dubio ſciatis aditum regni celeſtis pa
tefactum credētibus. Digitus dei eſt quē cōfeſſi
ſunt magi. qui cōtra moyſen ꝛ aaron ſigna faci
ebant dicētes. digitus dī eſt iſte. quo ꝛ tabule la
pidee ſcripte ſunt in monte ſyna. Ipſe eni ſcrip
ſit qui ſcribenda dictauit. Manus ꝛ brachium
dei filius eius eſt. et digitus eius ſpiritusſanctꝰ
Qui digitꝰ dicit ꝓpter partitionē donorꝫ q̄ in eo
dantur: vnicuiq; ꝓpa: ſiue hominū ſiue angelo
rū. In nullis eni mēbris apparet magis parti
tio q̄ in digitis. Sicut aūt digitus cū manu vel
brachio. manus vero vel brachium cum corpo
re vnum ſunt in natura: ita pater et filius ꝛ ſpi
ritus ſanctus: tres quidē ſunt perſone. vna aūt
ſubſtantia diuinitatis. Digiti vero dei pluraliter
ſancti intelliguntur prophete. per quos ſpiritꝰ ſā
ctus libros legis ac ꝓphetarū ſua inſpiratione
deſcribit. De quibus in pſalmo ſcriptū eſt. Vi
debo celos tuos opera digitorꝫ tuorꝫ. Per celos
eni libros legis ac ꝓphetarum. ꝑ digitos vo ſā
ctos. vt dictum eſt ꝓphetas miſtice inſinuauit.
Aut quomō poteſt quiſq; intrare in domū for Q
tis: et vaſa eius diripere in q̄bus confidebat: ni
ſi prꝰ alligauerit fortē: et tūc demū vaſa illiꝰ di
ripiat. Oſtēdit dñs ꝑ manifeſtam parabolam:
qꝛ virtute diuinitatis homines a demonio libe

rat. Fortis eſt diabolus: domus illius mundus
in maligno poſit⁹ in quo vſq; ad aduētū ſalua-
toris quaſi pacato imperio ſine ꝯtradictione quie
ſcebat. Vñ dñs. Venit pnceps mūdi huius. et
in me ñ hȝ q̄cq̄. Et iteꝝ. Nūc pnceps hui⁹ mōi
eiiciet foras. Fortior illo fuit ipe dñs q̄ arma ei⁹
abſtulit. i. aſtucias et dolos neq̄tie ſpiritalis. et
ſic adimendo poteſtatem a ſeductione electorū
compeſcere coegit. qḋ fuit alligari fortem. Spo
lia ſeu vaſa ſunt homīes ab eo decepti. q̄ victor
chriſtus diſtribuit. quod eſt inſigne triumphan
tis: q2 captiuā ducens captiuitatē dedit dōa ho
minib⁹ quoſdā apl'os. alios euāgeliſtas. hos ꝓ
phetas. alios paſtores ordinans et doctores.
Fortis ḡ domū fuit diripe ereptos a diabolo ec-
cleſie adunare. et ꝑ diſtictas graduū dignitates
ꝓmouere. Atrium qḋ fortis armarus cuſtodit:
eſt cor: fortis armatus malicia fortior ſuꝑueni-
ens. ſapiētia arma. membra. Sapientia ꝓmuȝ
maliciā capit ꝑ cognitionē eā depꝛhendens: po-
ſtea ligat ab opere cohibens: deinde flagellat: q2
prauus effectus quaſi duris quibuſdam flagel-
lis ceditur: qñ ꝑ ſtudiū diſcipline ab eo quod ap
petit refrenatur. Nouiſſime quaſi membris in
crucē extēſis et diuiſis a ſe clauis cōfigitur: quā
do diuiſis a ſe vitijs timore dei aīm⁹ penetratur
Quādo ſimul ſūt vitia: fortiora ſūt. q2 ab alteru
tro ſe muniūt. vt gula luxuriam: pompa ſuꝑbiā
rē. Diuide illa ⁊ abinuicē diſiunge. ⁊ ſic confige
timore dei carnes tuas: vt malicia in te moriat̄.
Nos aūt miremꝰ ſi ſapiētia malicie fac̄ q̄ a ma-
litia ipa ꝓus ſuſtinuit. Prius malicia crucifixit
ſapiētiā. poſtea ſapiētia ꝓualens crucifixit ma-
liciā. Qui nō eſt mecū: eſt cōtra me: et q̄ nō ꝯgre
gat mecū: ſpargit. Hoc ꝯſequēter nō ad herēti-
cos: ſed ad diabolum refertur. cuius oꝑa ſalua-
toris operibus compari nequeūt. Ille eni cupit
aīas hoīm tenere captiuas quas dñs liberat.
Ille trahit ad vitia: dñs reuocat ad virtutes.
Quō ḡ cōcordant quoꝝ opera diuiſa ſunt. Qui
non colligit: hoc ē q̄ ñ ꝯgregat oues meas mecū
diſpergit. hoc ē diſſipat eas a cetu fideliū. Hic ī
ſinuat: q2 nō hñs ſpūm ſcīm q̄ ñ cū illo ꝯgregat:
qñō cūq; ſub eius noīe ꝯgreget. Hic omino nos
cōpulit intelligere nō alibi poſſe fieri remiſſionē
peccatoꝝ niſi in chriſti cōgregatione que ñ ſpar
R git. Cū immūd⁹ ſpūs exierit ab hoīe: ambulat
per loca arida querēs requiē et nō inuenit. Poſ
ſūt hec nō incōueniēter accipi de quolibet here-
tico vel ſciſmatico vel etiam malo catholico. De
quo cum tempore baptiſmatis ſpūs inmūdus
exierit ambulat ꝑ loca inaquoſa. i. circuit corda
fidelium expurgata a mollicie fluxe cogitatiōis
Requiem q̄rit ⁊ non inuenit: q2 caſtas mētes in
habitare nō pōt: nec quieſcere niſi in prauo cor-
de. Vñ dñs de illo inq̄t. Sub vmbra dormit. in
ſecreto calami et locis humentibus. In vmbra
inſinuat tenebroſas conſcientias: in calamo q̄
foris eſt nitidus: et intus vacuus eſt mētes ſila-
crices in locis humentibus laſciuas et molles.
Tūc dicit reuertar in domū meam vñ exiui. Re
uertar ad illius cōſciētiā: vñ in baptiſmo eiect⁹

fuerā. et ꝓſtinā poſſeſſionē ꝯſueto mō mihi ſub-
iciā. Et veniēs inuenit vacantē ſcopis mūdatā. VII
et ornatā. Vacātē ſcȝ a bonis actib⁹ ꝑ negligētiā
mūdatā a vitijs ꝓſtinis ꝑ baptiſmi grām. orna
tam ſimulatis ꝟtutibus ꝑ hypocriſim. Tūc va
dit ⁊ aſſumit ſeptem alios ſpūs neq̄ores ſe: ⁊ i-
trantes habitāt ibi. Per ſeptē ſpūs vniuerſa vi
tia deſignat que merito dicūtur nequiora diabo
lo cōparatione ꝓoris inhabitationis. Cum eni di-
abolus malus ſit et malos faciat āte baptiſmū:
quēcunq; poſt baptiſma ſiue prauitate hereti-
ca ſeu mūdana cupiditate arripuerit mox eum
in oīm vitioꝝ ima ꝓſternit. Et nō ſolū habebit
ſeptē vitia. vij. ſpiritalibus ꝟtutibus contraria:
ſed ꝑ hypocriſim ipſas ſe ꝟtutes habere ſi'abit.

**Et fiūt nouiſſima hoīs illi⁹ peiora ꝓoꝛi⁹**

Meli⁹ q̄ppe erat ei viā ꝟitatis nō cognoſcere q̄
poſt agnitionē retrorſū cōuerti. Hoc ī iuda tra
ditore et ſymōe mago ſpecialiter legim⁹ imple-
tum. Qḋ hec parabola intendat: finis eius inſi
nuat. Sic erūt et generatōni huic peſſime. id eſt
qḋ de vno ſpecialiter narraui. hoc eueniet in gen
te huius populi. Immūdus ſpūs a iudeis exi-
uit quādo legē acceperūt et tranſiuit ad gentes
Sed cū poſtea cū incredentibus gentib⁹ locum
non inueniret: reuerſus eſt ad iudeos vacantes
a chriſto: et ſuꝑfluis obſeruationibus legꝭ mun
datos ꝓut putabant atq; ornatos. Vt aūt fir-
mius deinceps poſſideat aſſumit vniuerſitatē
demonū. Pei⁹ ergo mō faciūt iudei maiori nu
mero demonū poſſeſſi q̄ pri⁹. q2 min⁹ erat chri-
ſtū venturū nō credere q̄ poſtq̄ venit ñ ſuſcipe.

**Factū eſt aūt cū hec diceret extollens**
**vocē quedā mulier de turba dixit illi.** S
**Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbe. ⁊c**

Magne deuotionis et fidei oſtenditur hec mu-
lier que phariſeis blaſphemātib⁹ dñm tāta ſin-
ceritate ei⁹ incarnationē cōfitet̄: vt ⁊ pñtiū ⁊ fu
turoꝝ cōfundat ꝑfidiā. Si eni caro ꝟbi dei a car
ne ꝟginis mr̄is eēt extranea: vt m'lti heretici dix
erunt. ſine cauſa venit qui eū portauit. et vbera
que eū lactauerūt beatificarētur. Vñ dicit apl's Gal. 4.
cōtra hereticos. q2 miſit ds filiū ſuum factuȝ ex
muliere factū ſub lege. Nec audiendi ſunt q̄ le-
gendū putant natum ex muliere nō factum. A-
lioq̄n verus filius hominis nō eſſet niſi ex mr̄e
carnē traxiſſet. Scdm phiſicos quoq; ex eodeȝ
fonte et lac nutriendis. ⁊ ſemen ꝓcreandis pue
ris emanat. Ergo de ſemine virginis potuit con
cipi qui eius lacte potuit nutriri. Hec m'lier ty-
pū geſſit eccleſie credentis chriſtum verū domi-
num et verū hominē natum fuiſſe. Vere btā pa
rens chriſti. que ſicut quidam ait enixa puerpe
ra regē q̄ celū terrāq; tenet ꝑ ſcl'a. Cuius nomē ⁊
eterno cōplectēs oīa gyro imperium ſine fine
manet. Que ventre beato gaudia matris habēs
cum virginitatis honore. nec primam ſimile vi-
ſa eſt nec habere ſequentem. At ille dixit. Quin-
immo: beati qui audiunt verbum dei et cuſtodi
unt illud. Pulchre ſaluator atteſtatationi muli
eris annuit: non matrem ſuam tantummodo

pũ:qm̃ ipſi p̃mũ gẽtes adduxerũt ad chriſtum:
Philippus ſamariã q̃ſi aſinã. petr⁹ corneliũ q̃-
ſi ſamarie pullũ. Bini vocãtur apl̃i.bini mittũ-
tur.q2 charitas nõ eſt in vno. Vñ ſcriptum ẽ. Ve
ſoli. Duo educũt hebreos de egipto. duo portãt
botrũ de ſcã terra.vt ſemꝑ ꝓpoſiti iũgãt opi ſciẽ
tiã. duo mãdata de duob⁹ ꝓferãt tabulis. duo-
bus fontib⁹ abluãtur ⁊ abluãt. ⁊ duob⁹ vectib⁹
archã dñi portẽt. ⁊ inter duo cherubin dñm ag-
noſcãt ſpiritu ⁊ mẽte pſallẽtes. Soluite inquit
per doctrinã ⁊ ꝑ miracula. Ac ſi diceret. Quecũ
qꝫ ſolueritis in terra erũt ſoluta et in celis. Alie-
ni alligãt vt poſſideãt. chriſtus ſoluit vt teneat.
Cõfeſtim dimittet eos dñs vicꝫ qui iure creatõ-
nis deſiderat vt oĩs creatura ſuo ſeruitio mã-
cipet. Primo hoĩes vocãtur ꝑ doctrinã ⁊ mira-
cula apoſtoloꝝ. deinde dimittit eos dñs in arbi
trio ſuo.vt vel in fide q̄ vocati ſũt remaneãt vel
in ãtiq̃s ꝯſuetudines redeãt.iudei vicꝫ ĩ ſuas ſu
ꝑſtitiões gñales.gẽtiles ꝟo ĩ ſpurcicias ſuas.nã
qd vocati ſum⁹ dei eſt. quod aũt digne inuoca-
tione viuim⁹ nr̃m pariter et dei ẽ. Et hoc eſt qd
ait. dimittet eos nõ ad diabolũ.ſꝫ ĩ arbitrio ſuo
Euntes aũt diſcipuli fecerũt ſicut p̄cepit N
illis ieſus. Soluentib⁹ aũt illis dixerũt
dñi ei⁹ ad eos. Quid ſoluitis pullum.
Illi dixerũt.q2 dño neceſſari⁹ eſt. Et di
miſerũt eũ. Et duxerũt pullũ ad ieſum
et iactantes veſtimenta ſua ſupra pul-
lum.et eum deſuper ſedere fecerunt.
Marcus ſcribit pullũ añ ianuã foris in biuio li
gatũ et inuẽtũ. Janua ẽ ipſe q̇ ait. Ego ſuꝫ oſti-
um ouiũ.ꝑ me ſi q̇s introierit ſaluabit ⁊ paſcua
inueniet. His paſcuis ppl̃s gẽtiũ carebat. duꝫ
extra ianuã in biuio ligatus ſtabat. Recte ĩ bi
uio q2 nõ vnã fidei viã tenebat.ſꝫ dubios calles
erroneus ſequebatur. Jn biuio ſtabat qui in li-
bertate arbitrij inter mortẽ et vitam dubitabat.
Multos quippe dñs habebat. q2 ꝑ multa dog
mata varijs erroribus raptatus quot vitijs de
ſeruiebat.tot demones cũ poſſidebãt. Sꝫ domi
nariũ ſibi vẽdicare nõ poterãt quos dños fece-
rat nõ natura ſꝫ culpa. ⁊ ideo cũ dñs de⁹.vn⁹ ag
noſcit. Nã et ſi multi dij ⁊ multi dñi.generaliter
tñ vn⁹ ds ⁊ vn⁹ dñs. Qui ḡ in ſoluẽdo pullo cõ
tradixerunt audito dñi nomine quieſcũt.q2 ma
giſtri erroꝝ q̇ doctorib⁹ chriſti obſiſtebant.eate-
nus ſuas tenebras defenderũt. donec miracul̃
atteſtantibus dei virtus emicuit. Sic ergo liber
credentiũ populus qui deũ corde portet addu-
citur. Veſtes apl̃oꝝ ſunt p̄cepta diuĩa ⁊ gratia
ſpecialis.q̇bus turpitudo nr̃e carnis tegit. Hiſ
prius nudi popl̃i ſed modo ꝑ apl̃os ornati chri
ſtum ſeſſorẽ habent. vt nõ regnet pctm̃ in laſci-
ua carne.ſꝫ iuſticia ⁊ pax et gaudiũ in ſpũſãcto.
Hoc autem totum factũ eſt vt adimple
retur quod dictum eſt per prophetam
dicentem. Dicite filie ſyon ecce rex tu⁹
venit tibi manſuetus ſedens ſuꝑ pullũ
aſine ſubiugalis. Hoc ĩ propheta zacharia
ſcriptum eſt.a cui⁹ ſententia matheus et iohan
nes minime recedunt. ⁊ ſi verba ponant diuer-
ſa. Et quia ipſa eſt hieruſalẽ que ſyon filiam ſy
on dicit bonos in illo ecce populo. Dicite ei p̄di
catores ne timeat.ſed exultans agnoſcat regem
ſuum mentes regentem. ⁊ ad regnum celoꝝ per
ducentẽ ne eum reprobis dicat. Nõ habem⁹ re-
gem niſi ceſarẽ. Mãſuetus venit:nõ ſedens in
curru aureo purpura fulgens nec ſuꝑ equũ diſ
cordie amatorẽ ſed ſuꝑ beſtiam pacis amicam.
Scdm litterã in paruo itinere vtrunqꝫ anĩal nõ
videtur ſediſſe dñs.ſed magis com petit vt pul-
lo vſus ſit ad ſedẽdũ aſina ducta libera. Myſti
ce aũt ſuꝑ populũ vtrũqꝫ ſub dominio ei⁹ humi
liatũ ſedit petro et paulo miſſis ad eos. Quia ḡ
laſciuus et indomitus gentilis populus credi-
dit exẽplo fideliũ d̉ ſynagoga que iugũ legĩ trax
erat bene refert pullus fuiſſe fili⁹ aſine ſubiuga
lis. Cõſidera quia ſicut hoc genus iumẽti. ſi q̇d
errat in ſimplicitate errat. ⁊ nõ in aſperitate.ita

bomines qui crediderũt in chriſtũ ex vtroq; po
plo añ chriſtũ:ñ ĩ malicia ſ; ĩ igñrãtia peccauerũt

P Euntē autē illo multi ſubſternebant ve
ſtimenta ſua in via. Alij autē cedebant
ramos de arboribus et ſternebãt ĩ via.

Uide qm̃ ſup iumentũ apl'i poſuerũt veſtimen
ta ſua:ſub pedibus vero ceteri iumenti. Mãda
tis eni apoſtoloꝝ ſternũtur chriſtiaãi: ⁊ adornã
tur:legis aũt mãdata conculcant. i.circumciſio
et cetere cõſuetudines iudaice. Ueſtimenta nã/
q; turbe:ſunt legis mandata:in via.i.in chriſto.
a chriſtianis cõculcata. Turba eni q̃ veſtimẽta
ſua ſternebat in via credentes ſunt ex circumci/
ſione:qui vidẽtes et agnoſcentes chriſtũ gloria;
quã habebant ex lege deiecerũt in terram ſeipos
humiliantes: ⁊ cũ apl'o dicẽtes. Que mihi fue/
rũt lucra.hec exiſtimaui ꝑpter chriſtũ detrimẽ/
ta.et arbitror ſtercora eſſe: vt chriſtũ lucrifacia;
Qui aũt ramos cedebãt de arboribus ſũt credẽ
tes et eruditi doctores q̃ ex ꝓphetis accipientes
exempla q̃ſi de arboribus ramos ante gentilem
populũ ſtrauerũt in via.i.in chriſto: vt ſine offẽ
diculo intraret in ſanctuariu; dei. Uel ita. Sal
uator iumento inſidẽs hierl'm tendit:non ſolu;
qñ cuiuſq; fidelis animã regens:ad pacem inti
me viſionis ducit:ſed etiã cũ ſancte eccleſie vni/
uerſaliter p̃ſidet: ⁊ eã in ſupne pacis deſideriu;
accendit. Pedes iumẽti ſunt extremi quos ad
iudicandũ cõſtituit apl's: qui et ſi nõ ſint dorſũ
in quo ſedit dñs:tñ iſtruũtur cũ milib⁹ a iohã
ne. Multi q̃ppe ſternũt veſtimẽta in viã:q; exer
ercitus martyꝝ corpa ſua animarũ vice; tegumẽ
ta ꝓ dño dant:quo ſequentibus electis callẽ fa/
ciant recte viuendi. In via deniq; ſternunt veſti
mẽta q̃ corpa ſua edomant vt dño iter ad men/
tem parent. vl' exempla bona ſequẽtibus p̃beãt
Frondes ṽo vel ramos de arboribus cedunt: q̃
patrũ ſententias vel exẽpla carpũt:et in via dei
ad auditoris animũ venientis humili p̃dicatõne
ſubmittũt. Iuſti nanq; vt palma florebunt: an
guſti in radicibus:lati ĩ floribus ⁊ fructib⁹:qm̃
bon⁹ odor chriſti ſũt. ⁊ ſternũt viã mãdatoꝝ dei
bona fama. Et cũ iam appropinquaret
ad deſcenſum montis oliueti ceperunt
omnes turbe deſcendentiũ gaudentes
laudare dñm voce magna. Deſcẽdẽte dño
de mõte oliueti.i.humiliante ſe ad infirmitate;
noſtre carnis cu; ſit in forma dei:cum illo deſcẽ
dũt turbe.i.humiliant ſub manu eius qui miſe
ricordia indigent:vt ab eo exaltentur.

P Turbe aũt q̃ p̃cedebãt ⁊ q̃ ſeq̃bãt clama
bant dicentes oſanna filio dauid bene/
dictu; qui venit rex in nomine domini
pax in celo et gloria in excelſis. Benedi/
ctus qui venit regnum patris noſtri dauid oſã/
na in excelſis. Precedũt ꝓphete:ſequũtur apo
ſtoli. Abiſſus abiſſum inuocat.id eſt lex leges al

teram. Preceſſit iudaicus populus: ſecutus ē
gentiles. Om̃es fideles clamant filio dauid oſã
na.quod latine dicitur ſaluã. quia credunt da/
uid filium.dei filium.vnum filium. ſaluare ter
renos.vt iuſti in angelorum ruinã edificentur.
Confitentur etiã benedictũ qui venit in nomĩe
domini.id eſt patris ſui. quoniam filius de pa/
tre ſuſcipit nomen:et pater de filio. Benedictio
que fit in deo confeſſio ſola eſt et laudatio bono
rum que preſtita eſt ab eo. Benedictio vero que
fit a deo in nobis impletur:dum eius beneficijs
implemur. Quem ante fideles crediderũt ven/
turum.hunc nos veniſſe credimus. In eius q̃p
pe laude celeſtia et terrena concinunt:quia quo
naſcente celeſtes virtutes decantant gloria in ex
celſis deo.et in terra pax hominibus eo° mun/
di principe triumphator mortales vice; laudis
rependunt dicentes pax in celo et gloria ĩ excel/
ſis. Turbe quippe refecte de quinq; panibus ⁊
duobus piſcibus voluerunt rapere ieſum ⁊ con
ſtituere regem.ſed ipſe fugit in montem. Nunc
autem non reprimit voces eorum qui regnũ da/
uid reſtaurandum in eo concinunt. In quo ap/
te docet q; eterni imperij rex eſſet in celis:nõ tã/
tum in terris.ad quod per contemptu; mortis
⁊ gloriam reſurrectionis. ⁊ triumphum aſcenſi
onis perueniret. Hinc poſt reſurrectionem ait.
diſcipulis. Data eſt mihi omnis poteſtas in ce/
lo et in terra: Conſonat laus turbe voci gabriel'
qui ait matri domini. Hic erit magnus et filius
altiſſimi vocabitur. ⁊ dabit illi dñs deus ſedem
patris dauid eius: ⁊ regnabit in domo iacob in
eternum. Recte ergo clamant.oſanna in excel/
ſis.id eſt ſalua nos in celeſtibus.vbi ſc; om̃e ge
nu ſibi flectetur:celeſtium.terreſtrium ⁊ inferno
rum. Notandum q; oſanna hebraicum ver/
bum compoſitu; eſt ex corrupto ⁊ integro. Sal
ua namq; ſiue ſaluifica apud eos dicitur oſi ⁊ an
na eſt interiectio deprecantis. Deniq; in pſalmo
cxvij.vbi.lxx. interpretes traſtulerũt o dñe ſaluũ
me fac:in hebreo ſcriptum eſt anna adonay.oſi
anna. Quod interpres noſter hieronimus dili/
gentius elucidans ita tranſtulit. Obſecro domi
ne:ſalua obſecro. Idem namq; ſignificat o dñe
per interiectionem obſecrãtis.quod obſecro do
mine per ipſum verbum obſecrationis. Oſan/
na itaq; ſalua obſecro ſignificat conſumpta vo
cali que verbum antecedens terminat cum per
fecte dicitur oſi. Quod metrici ſcandendis verſi
bus ſynaliphã vocãt. q̃ſuis ſcriptam litterã ſcã
dentes tranſiliant. In hoc autem verbo oſanna
i.littera non ſcribitur. ſed ſenſu loquentium ſal
uo funditus intermittitur.

In die palmarum.

Q Icite filie ſyon. ecce rex tu⁹ ve zach. 9.
nit tibi manſuetus: ſedens ſu
per aſinam et pullum ſubiuga/
lem. Mandat vobis rex cele/

VIII ſtis fratres cariſſimi: p ꝓphetã zachariaz
gaudiũ ſui aduentus. Uenit ad recõcilia
tionẽ dñs: q̃ ex pctõ p̃mi parentis vobis
fuerat alienus: ⁊ anteq̃ȝ veniret p̃miſit le
gatos ꝓphetas: p̃triarchas: dicẽs eis. Di
cite filie ſyõ .i. ãnunciate eccl'ie mee. Quã
filiã ſyõ ideo vocat: q: filia ſpeculationis
et delectationis debet eſſe. Syon eñ ſpe
culatio interpretat̃: que a ſpũalib⁹ hoſti
bus debet ſibi ꝓuidere. Sed q̃d dicat ſub
iungit. Ecce rex tu⁹ venit. Receſſerat do
min⁹ p pctm̃ ab hũano genere: qui ꝓxim⁹
ei fuerat rationabiliter viucti. Sed q̃ re
ceſſerat p iniuſticiã nr̃am: venit p miſcđiã
ſuã. Per viſcera enĩ miſcđie dei: viſitauit
nos oriens ex alto. Inclinauit celos et de
ps̃. 17. ſcẽdit: ⁊ caligo ſub pedib⁹ eius. Inclina
uit celos .i. humiliauit celeſtia ſcȝ deitatẽ:
et ip̃os angelos: p cõmiſerationẽ quã ha
buit de repatione humani generis: et ipſe
deſcendit vniẽdo ſibi humanã naturam.
Inclinati ſunt angeli: cum accedentes ad
deũ: miniſtrabant ei. Sed q̃uis humilis:
q̃uis pticeps nr̃e fragilitatis: tñ caligo .i.
obcecatio mundanoꝝ fuit ſub pedib⁹ ei⁹:
id eſt plenarie ſubiecta: ⁊ cuȝ fortis miles
ad pugnam veniſſet: in ſole poſuit taber
ps̃. 18 naculum ſuũ. Tabernaculũ chriſti illđ in
telligit̃: in quo militauit deo patri illđ po
ſuit: id eſt ꝯſtituit in ſole: hoc eſt in virgi
ne: que fuit pulchra vt luna: electa vt ſol.
Luna quia illuminãs tenebras noctĳ: ſol
quia ſola p̄ ceteris calore ſpũſſancti inarſit
Parato itaq̃ȝ tabernaculo ſuo ꝓcedẽs de
thalamo ſuo tanq̃ȝ ſpõſus eccleſie: factus
eſt p carnis ꝯiunctionẽ. Procedens inq̃ȝ đ
thalamo ſuo .i. de vtero virginali: exulta
uit vt gygas .id ẽ vt fortis: vt inuincibiliſ
ad currendam viã militie ſue: et venit ad
bellandũ: ꝯtra p̃ncipẽ hui⁹ mundi dicẽs.
Nunc p̃nceps hui⁹ mundi eiicit̃ foras ſcȝ
a mentib⁹ hominũ: in quib⁹ regnabat pri
j. Coꝛ. 1. us. Elegit autẽ paucos ſecũ ⁊ paupes: vt
ait apl's. Elegit que ſtulta ſunt mundi vt
ꝯfundat ſapientes: ⁊ infirma mũdi: vt cõ
fundat fortia. Quid enĩ petrus: quid an
dreas: niſi inſipientes et ignobiles. Et tñ
de illis paucis: vnus ſuccubuit: iđ iudas q̃
eum tradidit. Judas enĩ cupidus erat et
Jobis. 12 fur et loculos habẽs: ea que mittebantur
portabat. Iſte videns mariã vnguentum
p̃cioſum ſup caput dñi fudiſſe: ait. Ut q̃d
pditio hec. Potuit eniȝ iſtud venundari
multo: et dari paupib⁹. Itaq̃ȝ abĳt ad ſũ
mos ſacerdotes: vt ꝓderet eũ: Infelix iu
das: dampnũ credebat ſe habere in effuſi
one vnguenti: voluitq̃ȝ recõpenſare p̃cio
magiſtri. Sed cum ſũma miſcđia diſcipu
lũ errantem vellet corripe dicebat: qui in
tinguit mecũ manũ in parapſide: hic me
traditurus eſt: vt cum ſciret eũ cognoſcere
cogitationes ſuas peniteret. Alĳs aũt ma
nus retrahentib⁹ iudas impudentia qua
ꝓditurus erat dñm: manũ cum mgr̃o ĩ ca
tinum miſit: vt audacia ſua bonam ꝯſcien
tiã mentiret̃. Et cũ dñs diceret: vn⁹ ex vo
bis tradet me: ⁊ alĳ dicerẽt: nunq̃d ego ſũ
dñe. Judas ait. Nunquid ego ſum rabbi.
Hũ vocabant dñm: ille magiſtrũ: q: vole
bat peccatũ qđ cõcepat in hoc verbo quod
dixerat magiſter: diminuere. Minus enĩ
videbat̃ tradere magiſtꝝ: q̃ȝ dñm. Sȝ hũc
dñs pacientia ſupauit: quia eum ptulit: et
q̃uis nouerit eũ proditorẽ: tñ lauare ei pe
des nõ abnuit. Traditus ẽ itaq̃ȝ dñs iude
is ⁊ extra portã paſſus ẽ ab eis: vt ſanctiſi
caret p ſuum ſanguinẽ populũ. Exeamus
igit̃ ad eũ extra caſtra: improperiũ ei⁹ por Hebr. 13
tantes. Recordari igit̃ debem⁹: quantum
improperiũ pro nobis paſſus ẽ dñs: quia
cum ad turpem duceret̃ mortẽ: extra ciui
tatẽ eiectus eſt quaſi vilis ⁊ ꝯtemptibilis
extra ciuitatẽ eiectus eſt: ⁊ crucẽ ſuaȝ por
tauit: et inter latrones crucifixus eſt in lo
co caluarie: et vbi rei decollabantur inter
fectus eſt. Sed cũ praua intẽtione hec fe
ciſſent iudei: pius dominus magna diſpẽ
ſatione hec tria fieri voluit. Non ſolũ eniȝ
in hoc genere mortis voluit dare redemp
tionem hominibus: ſ etiam vitã noſtram
informare. Non enĩ ſine cauſa voluit poti
us crucifigi q̃ȝ lapidari vl' alio genere ſup
plicĳ puniri: ſ vt aliq̃d debeat in eiectione
⁊ crucifixione a nobis intelligi docet apo
ſtolus cũ dicit: Exeam⁹ ad eũ extra caſtra:
⁊c̃. Uideamus igit̃ q̃uo debeamus exire:
et a quibus caſtris: ⁊ qđ improperiũ porta
re. Quãdiu in mortali hoc corpe ſumus:
a domĩo peregrinamur. Sumus enĩ ĩ his
corporibus quaſi in caſtris: bellãtes cõtra
ſpiritualẽ inimicum. Sed in his caſtris id
eſt in carne delectandum non eſt: quia vt
ait apoſtolus: Debitores ſumus non carni
vt ſcđm carnem viuamus. Si enĩ ſcđm car
nem vixeritis: moriemini. Exeundum er
go eſt ab his caſtris: vt non ſubĳciamur

dominio carnis: debet enī ſeruire: nō im-
pare. Vñ apl's. Caſtigo corpus meū ⁊ in
ſeruitutē redigo: vel ſubijcio: id ē vt ſerui
at aīe. Hoc exire eſt illud qđ dñs in euāge
lio ait. Qui vult venire poſt me: abneget
ſemetipſm ⁊c̄. Abnegare debemꝰ in nobis
ipſo: non qđ ibi fecit deus: ſed nos facimꝰ
Qđcunq̄ bonū habemꝰ a deo ē: qđcunq̄
malū ab homīe. Ergo q̄ furabatꝰ: iam non
Hebr. 13 furetur. Audiſtis q̄d eſt exire extra caſtra
modo videamꝰ q̄d ſit portare im ꝓperiū
chriſti. Hoc idē eſt: qđ in illo dñico dicitꝰ: ⁊
tollat crucē ſuam. Quid ē tollere crucem
dñi. Dñs ideo voluit hoc genꝰ tormēti eli
gere: vt inde ſumamꝰ exemplū vel formā
vite. Sicut enī crucifixus nō pōt membra
ſua ad aliquas actiones dirigere: eodem
mō veterē hoīem cū vitijs et ꝯcupiſcētijs
ſuis debemus crucifigere: vt neq̄ pes: ne
q̄ manus: neq̄ aliud membrū poſſit aliq̄
fallaciā pagere nec cogitare. Tollamus ḡ
crucē hanc: ⁊ in nobis crucifigamus vitia
Nunc igitꝰ exeamꝰ fratres chriſto obuiā
cū palmis: id ē victorijs habitis ſup dya-
bolo ⁊ opibus eius: ⁊ cū floribꝰ virtutum
Offerat alius florē dilectiōis: que ꝑncipa
lis eſt radix omniū virtutum. De qua ait
gregoriꝰ. Sicut multi arboris rami: ex vna
radice ꝓdeunt: ſic multe virtutes ex vna
caritate generantꝰ. Alius offerat florē vir-
ginitatis: ⁊ liliū caſtitatis. Hec ē illa virtꝰ
que cōmendauit iohannē: quē diligebat
ieſus: q2 virgo electꝰ ē a dño: q̄m ipſe lau-
dat in apocalypſi. Hij ſunt qui cū mulieri-
bus nō ſunt coinq̄nati ⁊c̄. Aliꝰ ſit ꝑditus
flore humilitatis: imitatus eū q̄ ait. Diſci-
te a me: q2 mi. ſū ⁊ hu. cor. Aliū ꝯoret flos
miſcđie: q2 beati miſericordes: q̄m ipſi mi.
ꝯſe. Aliꝰ teneat ramū pnīe: q2 beati q̄ fece
rūt pniam ⁊c̄. Aliꝰ ꝯcremet thura orōnū:
dicendo. Dirigatꝰ orō me ⁊c̄. Alius paſcat
in xp̄o paupem reminiſcēs illđ euangeliū
quod vni ex minimis meis feciſtis ⁊c̄. Et
nullus ita accedat vacuꝰ ante dñm: vt me
reantꝰ omnes equari: ⁊ vt eos ſup ſedens
ducere et regere ad palmas hieruſalē dig
netur. Igitꝰ ingrediente dño cū turbis ci-
uitatē: turba pueroꝝ ac totū vulgus cum
palmis obuiā ꝓruit: ⁊ regē glīe cū himniſ
excipit. Quibꝰ ſtipatus templū ingredi-
ens ementes ⁊ vendentes colūbas de illo
cū flagellis eiecit: ⁊ templū ſui corpis diſ-
ſoluendū ſed poſt triduū reedificandum
ꝑdixit. In templo itaq̄ multa ſigna facie-
bat: ⁊ turbas q̄tidie celeſtia docebat. Ve- VIII
rum q2 hic dico exemplo illius populi ab
vniuerſa eccleſia cum palmis et floribꝰ ce-
lebratꝰ: dies palmarum nūcupatur. Feria
autē quarta a iuda traditꝰ. feria q̄nta pāis
et vinum in corpꝰ et ſanguinē eius nobis
cōficitur. feria ſexta ꝓ ſalute omniū cruci-
figitur: ſabbato in ſepulchro requieuit. do
minica a morte reſurgēs vitā ⁊ gaudium
omnibus in ſe ſperantibus dedit.

## In cena domini. S. Johānē.

Ante diem feſtum paſche ſciens Joh. 13.
ieſus q2 venit hora eius vt trā
ſeat ex hoc mundo ad patrem.
cum dilexiſſet ſuos in finē dilexit eos.
Paſcha tranſitus dicitꝰ. q2 dñs ꝑ egiptum tran-
ſijt percutiens primogenita eiꝰ et filios iſrael li
berās. ⁊ q2 filij iſrael trāſierunt illa nocte đ egip
tia ſeruitute. Qđ ſignificat dñm tranſiturū de
hoc mūdo ad patrē. ⁊ fidelibꝰ eiꝰ de temporali
bus ad celeſtia. In finem dilexit ſuos .i. in ſeip
ſum. Finis enim legꝭ ait apl's eſt chriſtꝰ. Finis
quouſq̄ feliciter camꝰ: nō vbi infeliciter perea-
mus. Vel in finē .i. in mortē. non q̄ morte termi
netur chriſti dilectio: ſed in tantū dilexit. q̄ vſq̄
ad mortem dilectio eū perduxerit. In quo exē-
plū dedit: vt oēs ī dei ꝯitate ꝑmaneāt vſq̄ ī finē
Surgit a cena et ponit veſtimenta ſua.
Et cum accepiſſet linteum precinxit ſe.
Deinde miſit aquam in peluim et cepit
lauare pedes diſcipulorum et exterge-
re linteo quo erat precinctus. Ex magna
humilitate non dedignatꝰ eſt lauare pedes illi
etiā cuiꝰ manꝰ iā ꝑuidebat in ſcelere. Quid mi-
rum ſi poſuit veſtimēta: q̄ cum in forma dei eēt
ſemetipſm exinaniuit. Quid mirum ſi precinxit
ſe linteo: qui formā ſerui accipiens habitu inuē
tus eſt vt homo. Quid mirū ſi miſit aquam in
peluim vñ lauaret pedes diſcipulorum q̄ in ter
ram ſanguinem fudit: quo immundiciam dilu
eret peccatorum. Quid mirꝝ ſi lintheo quo erat
precinctus pedes quos lauerat terſit: qui carne
qua erat indutus euangeliſtarum veſtigia con-
firmauit. Venit ergo ad ſymonem petrum: ⁊ di
cit eis petrus. Domine tu mihi lauas pedes.
Non eſt intelligendum q̄ poſt aliquos veniſſet
ad petrum: ſed ab illo incepit lauatio. Expaue-
ſcit ergo primus apoſtolorum q̄ deus lauet ho
mini pedes. Reſpondit ieſus et dicit ei.
Quod ego facio tu neſcis modo ſcies
autem poſtea. Dicit ei petrus Non la-

VIII uabis mihi pedes in eternū. hoc eſt nūꝙ̄
lauabis. Sicut ē homo humilis ad ſeruiendu
ita ſeruus non ſuſcipiendo ſeruitium. Reſpō
dit ei ieſus. Si nō lauero te nō habebiſ
partē mecū. Te dicit ꝓ ſolis pedibus. Qui ñ
lauaꝛ ꝑ baptiſmū et cōfeſſionē penitētie: nō ha
bet partē cū ieſu. Dixit ei ſimon petrꝰ Do
mie nō tm̄ pedes meos ſed ⁊ manus ⁊
caput. Territus ex dñi reſponſiōe de periculo
ſalutis totū ſe offert ad abluendū turbatꝰ amo
re et timoꝛ ⁊c. Dicit ei ieſus. Qui lotus eſt
nō indiget niſi vt pedes lauet. ſ ē mun
dus totus. Intelligendū eſt p̄ter pedes. To
tus hō abluiꝛ ī baptiſmo: ſed tm̄ cū in rebus hu
manis poſtea viuiꝛ humani affectus ſine q̄bus
nō viuiꝛ quaſi pedes ſūt. q2 ſi dixerimꝰ peccatū
nō habemꝰ mētimur. Quotidie igiꝛ lauat nob
pedes q̄ quottidie interpellat ꝓ nobis. Vñ etiā
quottidie dicimꝰ: dimitte nobis debita noſtra.
Et in cātico cāticoꝝ. Laui pedes meos: quō inq̄
nabo illos. Timeāt inquinare pedes ſuos: qui
ſurripiēte amore humane laudis placere homi
nibus affectāt. Notādū q2 errauit petrꝰ: ne nos
erraremꝰ: cū ſe totū lauandū deo obtulit. Que
deus correxit oſtēdēs ſemel baptizatū nō eē re
baptizandū. Et vos mūdi eſtis ſ nō om
nes. Sciebat eñ quiſnā eēt qui trade
ret eū. Propterea dixit. nō eſtis mūdi
oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ ac
cepit veſtimenta ſua. Et cū recubuiſſet
iterū dixit eis. Scitis quid fecerim vob
Nūc vult apire quod petro dixerat: ſcies aūt po
ſtea. Miſtice cena ī qua cū diſcipulis dñs recu
buit ſignificat tempꝰ vniuerſū quo ipe corꝑalit
in eccl̄ia demoratꝰ: ⁊ dapibus v̄bi ſalutaris ac
miraculoꝝ dulcedine cūctos fideles pauit. ⁊ fi
de ac dilectione audientiū ipe paſtus eſt. Sur
rexit ḡ a cena: et poſuit veſtimēta ſua qñ mēbra
corporis depoſuit in cruce. Linteo p̄cinxit ſe qñ
ſua mēbra circūdedit paſſionis exercicio. Sol
namq ꝑ lintheū qḋ multifario labore cōficitur
afflictio paſſiōis ſigurari. [Miſit aquā in pel
uim. ⁊c. [Defūctus ī cruce aquā cu ſanguie de
latere ſuo fundit: quibꝰ credētes mūdare et ſan
ctificare dignaꝛ. Poſtq̄ lauit pedes: accepit ve
ſtimenta ſua. ⁊ recumbēs aperuit eis miſteriu
lauatōis. q2 poſtq̄ patiēdo in cruce lauacrū re
miſſionis nobis cōſecrauit. accepit membra ia
immortalia. et pꝰ reſurrectionē expoſuit eis vti
litatē ſue paſſiōis. Vos vocatis me magr̄
et dñe. et bñdicitis. ſum eteñ. Si ergo
ego laui pedes veſtros dñs ⁊ magr̄. et
vos debetis alter alterꝰ lauare pedes
Et ad l̄ram et ad myſticū ſenſū hoc deb impl̄e
ri. Ad l̄ram vt ꝑ charitatē ſeruiamꝰ inuicē: non
ſolū in lauādo pedes fratꝝ: ſed ⁊ in oībꝰ neceſ
ſitatibus adiuuādo. Ad miſticū intellectū. vt ſi
cut ille nobis penitētibꝰ pctā dimittit: ita ⁊ nos
dimittamꝰ fratribꝰ. Et ſicut ille lauit nos a pec
catis interpellēdo p̄rem ꝓ nob: ita ⁊ nos oremꝰ
ꝓ fratribus. Exemplū eñ dedi vobis. vt
quēadmodū ego feci vobis. ita ⁊ vos
faciatis. Hoc eſt petere qḋ neſciebas qñ laua
ri pedes nō ſinebas. hoc tibi poſtea ſciēdū ꝓmi
ſit dñs. Eſt cōſuetudo apud pleroſq. vt cū ſe in
uicē hoſpitio ſuſcipiūt: pedes ſibi lauent. Ubi
apud ſcōs hec ꝯſuetudo nō eſt: corde faciūt: ſed
melius eſt, vt manibus fiat: qḋ chriſtus fecit In
quo admonemur vt cōfeſſi inuicē delicta noſtra
oremꝰ ꝓ nobis ſicut chriſtus interpellat ꝓ nob

Sermo in cena domini

Ominꝰ noſter ieſus chriſtus no X
d cte in qua tradebaꝛ accepit panē:
et grās agens fregit ⁊ dixit. Acci
pite ⁊ manducate hoc eſt corpus meū qḋ
ꝓ vobis tradeꝛ: hoc facite in meam cōme
morationē. Similiter ⁊ calicē: poſtq̄ ce
nauit dicens. Hic eſt calix nouū teſtamen
tū in meo ſanguine: hoc facite quotieſcun
q bibitis in meā cōmemorationē. Quo
tienſcunq eñ mādu cabitis panē hūc ⁊ ca
licē bibetis: mortem dñi annunciabitis do
nec veniat. Imminente fratres chariſſimi
dñi paſſionis articulo. qñ iam pene erat in
ipſa traditione: dñs qui prius legales ob
ſeruantias ⁊ ſacrificia tenuerat: que oīa
figura fuerant incarnationis ⁊ paſſionis
chriſti: veniente veritate: voluit vmbram
deſtruere. Agnꝰ immolatꝰ in antiqua le
ge: ⁊ alie hoſtie: īmolandū verū agnu in
cruce p̄figurabant. Voluit igiꝛ agnū ſigu
ratiuū cōmedere ⁊ immolare ⁊ vmbrā rei
future tamdiu ſeruare: donec īmolatio ve
ri agni fieret. Itaq ante tempꝰ paſſionis
ſue: voluit paſcha vetus cū diſcipulis cele
brare: ⁊ agnū cōmedere: deinde veteribꝰ
figuris finē dare. Poſt cenā igiꝛ agni: no
uū paſcha finito veteri ꝯſtituit: ⁊ diſcipu
lis corpus ſuum ⁊ ſanguinē diſtribuit. Si
eñ prius daret corpus ſuū ⁊ deinde agnū
non videreꝛ vetus paſcha finiſſe: ꝓpꝛ no
uum. Accepit itaq panē: ⁊ benedixit ⁊ de
dit illis: poſtea calicē. Sciendū q2 tota na
tura humana: in anima ⁊ corꝑe erat corru
pta. Oportuit ḡ vt deꝰ q̄ veniebat vtrum
q liberare vniret vterq: vt aīe ꝑ animā
corpus ꝑ corpus cōpetenter liberaretur.
Ideo etiā in altari ad vtrūq repſentandū
panē ⁊ vinū apponimꝰ vt ꝑ panē corpꝰ fa
ctum et a nobis digne acceptū nr̄m corpꝰ

corpi christi in ĩmortalitate et in paſſibili
tate q̄ſi qꝫ cõformandũ credamus :ꝛ ſimili
ter ꝑ vinum in ſanguinẽ ↄuerſum:et ſimi
liter a nobis ſuſceptũ:aĩas nr̄as anĩe chri-
ſti credamus ↄformes fieri in mũdo dum
viuimus:et in gloria:dum reſurgemus:ꝛ
cũ anĩa christi ad aliq̄d corporeũ:ſicut cor
ꝺ cõſe.di. 2.panis. ꝛ ꝗ4.ſẽ.d. 11.ca.Sb alia.ꝛ Sꝫ quare. pus ꝑ panem rep̄ſentanda eſſet .Nihil in-
uentũ in omnibus creaturis ſuis eſt:ꝑ q̄d
vicinius rep̄ſentaretur q̄ꝫ ꝑ ſanguinẽ:qui
ſedes ip̄ſius anĩe dicit̃. Sed qꝛ ſanguinez
quaſi horribile nature humane: ſumere vi
debatur:ideo vinũ per ſanguinẽ poſitum
eſt:ad deſignationẽ anĩe. Nec tñ intelligẽ
dum eſt:q̄d in ſanguine ſolã animã :et nõ
corpus:vel in acceptione ſanguinis totaz
aĩam et nõ totũ corpus:q̄ꝫuis ſeparati cor
pus:et ſeparatim ſanguinẽ:non tamẽ bis
ſed ſemel christũ accipimus Sed iſte mos
ita ſeparatim accipiendi : inde in eccleſia
inoleuit:q̄d christus in cena diſcipl'is ſepa
ratim dedit:vt ꝑ hoc intelligerent : aĩe et
corpori christi deberi ↄformari. Trina ita
qꝫ refectione deꝰ aĩam fidelẽ paſcit:ꝑ ver-
bum:ꝑ ſacramẽtũ:ꝑ ſpiritũ . Quãdo nos
ꝑ verba ſua: ꝛ ſacramẽta reficit :fauũ nob̃
edendũ ꝓponit :qñ vero intus ꝑ ſpiritum
ſuũ nos reficit:mel nobis guſtandũ effun
dit. Sed et hoc notandũ:qꝛ aqua in ſacra-
ꝺ cõſe.di. ꝛ ĩ calice ꝛ 4.ſen.di. 11.ca. Aq̄ mento ideo ponitur cũ vino:vt aqua cum
ſanguine que de latere christi fluxit repre
ſentetur. Que aqua ſignificat ꝑp̄l'm:vl' ba
ptiſmũ :in quo ꝑp̄l's per effuſionẽ ſangui-
nis christi mundatur. Nec dubitandũ:q̄n
panis ꝑ ſacra verba benedictionis ſacer-
dotis:verſum in corpus dñi ↄuertatur ita
vt ſubſtantia panis nõ remaneat: ſed co-
lorẽ ꝛ ſaporem panis remanere:ꝛ ſub vna
de ↄſe.di. 3.ca.Noſ ſpecie verã christi corpis ſubſtãtiã la tere
Nã ſi in ea qualitate in qua reuera eſt ap-
pareret:viuũ hominẽ: animꝰ hoĩs abhor
reret aſſumere. Unde cũ dño diceret :niſi
manducaueritis carnẽ filij hoĩs ꝛ biberi-
io[h]ã[n]is 6 tis eius ſanguinẽ ꝛc̃. Hec audientes q̄daz
abierunt retrorſum :abhorrẽtes ꝛ putan-
tes eũ ſub hac ſpecie que eis apparebat iu
bere comedi. Debet ğ neceſſario christia-
nus credere:manibꝰ ſacerdotis cuiuſlibet
et tantũmodo ordinẽ ſacerdotij habentis
ſiue boni ſeu mali :equaliter ꝑ verba pote
ſtatiua benedictionis:corpꝰ dñi poſſe cõ-
ſecrari:et ſp̄m ſanctũ in ↄſecratione illa ad
de cõſe.d. 2.Utruz. eſſe. Hec oblatio corporis christi vt augu-

ſtinuo teſtat̃: ideo quotidie iteratur:licet
christus ſemel paſſus ſit: qꝛ quotidie cadi-
mus in peccatis:ſine q̄bus mortalis infir- ꝛ.ca.itera
mitas viuere non põt. In ſpecie vero pa tur.4.ſẽ.
nis inuiſibile de celo deſcendit: et vnionẽ diſ.12.In
corpis in capite:in ſpecie panis voluit de- ſtitutum .
ſignari:ſicut ait ap̄l's. Unus panis:vnum j.Cor.10
corpus ſumus omnes:q̄ de vno pane par-
ticipamur. Sicut enim ex diuerſis granis
vnus panis fit:ſic ex diuerſis mẽbris: nos
vnũ corpꝰ christi vnione :ſpei:fidei: et ca-
ritatis efficimur Itaqꝫ q̄ corpori christi ſuũ
ſic membrũ vniri vult pane celeſti: cum
alijs participet. Fregit enĩ deus panẽ et
dedit eis:qꝛ q̄d vnũ eſt:ab omnibꝰ voluit mat[t]h.26
participari:dicens. Accipite ꝑ cõformita
tem :et comedite ip̄m ſacramentũ : hoc fa-
cite in meã cõmemorationẽ. Accipiẽdo cor-
pus et ſanguinẽ habeamus paſſionis me-
moriã:vt ſicut ꝓ nobis mortuꝰ eſt:ita pro
eo ſi neceſſe ſit moriamur. Et de calice ſi-
militer. quẽ vocauit nouũ teſtamentũ: id
eſt nouã ꝓmiſſionẽ:qꝛ ꝑ illũ ſanguinẽ nec
ſolũ tempalia promittebat:ſed etiaz eter-
na. Et hec cõmemoratio debet fieri donec
veniat:id eſt vſqꝫ ad finẽ ſeculi:qñ ſcꝫ ve-
niet ad iudiciũ Sed videte quid ſequitur 1.Cor.11.
Quicũqꝫ manducauerit panẽ vel biberit
calicẽ dñi indigne: reus erit corporis dñi.
Probet aũt ſeip̄m hõ:et ſic de pane illo e-
dat:et de calice bibat. Indignꝰ ẽ:crimina
li peccato irretitus:vel in volũtate crimi-
naliũ faciendoꝝ remanẽs . Probet aũt ſe
ip̄m nõ cõparatione alioꝝ ſed ꝑ ſe ſolum:
qualis ſit ↄſiderans:qꝛ q̄ mãducat ꝛ bibit
indigne iudiciũ ſibi manducat et bibit id
eſt damnationẽ mãducat. Ideo inter vos
multi infirmi ſunt quos dñs ꝓpter corpꝰ
ſuũ indigne aſſumptũ in hac vita febribꝰ
et alijs infirmitatibꝰ punit:et etiaz q̄d eſt
peiꝰ:dormiũt multi in mortẽ:ſicut nos ad
huc videmus:q̄d poſt paſcha ſepius acce
dit mortalitas.

Itẽ Sermo in cena dñi

Fratres iſta dies q̄ꝫ hodie celebra
mꝰ magna ẽ ꝛ excelſa:ꝛ nulla ma-
ior ꝑ totũ ãnũ. Hodie cenauit dñs
cũ diſcipulis ſuis. Hodie tradidit illis cor Math.26
pus et ſanguinẽ ſuũ: Hodie glĩa p̄ri ꝛ filio
nõ canit̃: hodie ↄſecrat̃ tribꝰ modis oleũ
triũ officioꝝ . Hodie reſeruat̃ corpus dñi
vſqꝫ in craſtinũ:reficit̃qꝫ in cõmemoratio-
ne refectiõis christi. Hodie lauant̃ pedes

VIII fratrum et pauimenta eccleſie. Hodie nu-
dantur altaria vſqꝫ in ſabbato ſancto. Ho-
die penitẽtes veniũt ad abſolutionẽ: ⁊ il-
lud miſteriũ qđ hodie fit: ꝑ totũ obſeruaꝛ
annũ: ſꝫ hodie adimpletur et hodie incho
atur. Hodie illa res efficitur que ꝑ totũ an
nũ nõ recupatur: ſi dimittiꝛ. Et ideo dies
iſta magna et cõſecrabilis ẽ dño: ⁊ plena le
ticia et exultatione. Per tres dies cõtinu-
os. i. q̃ntã: ſextã: ſeptimãqꝫ feriã triduanã
ſepulturã dñi celebramꝰ: ac per hoc vt cõ
paginemur humilitati ſepulture eiꝰ dimit
timꝰ excelſa nr̃a: id ẽ glĩa pr̃i ⁊ fi. ⁊ cãpana
rũ ſigna: ⁊ alia hmõi. Quitã aũt feriã ſex
te ſeptimeqꝫ idõ adiũgimꝰ ꝓ triduo adim
plẽdo. qꝛ dñica nox quã dñs ſua reſurrecti
one cõſecuit: q̃ ꝑtinet ad initiũ ſeq̃ntis do
minici diei: cũ magna glĩa celebraꝛ. In ea
đ cõſe. di. .3. l̃ris. ⁊ 4. ſen. di. 23. ca. 1. dẽ qꝫ die ꝯſectur oleũ ad tria officia: oleũ
ad infirmos: ad neophitos chriſma quoqꝫ
vñ ꝯfirmãtur hoĩes poſt baptiſmum ⁊ vñ
ipm baptiſmũ ꝯſecraꝛ: ꝑ qđ hoĩes ſaluanꝛ.
Poteſt tñ deus ſine oleo infirmos ſanare:
ſãctificareqꝫ ſuos: demõeſqꝫ effugare: põt
ſpiritale oleũ tribuere ſine corpali: ſꝫ ꝓpt
animales agũtur viſibilia: vt inuiſibilia fa
ciliꝰ capiãtur. Si qs dixerit: ſi põt: quare tã
to ſtudio obſuaꝛ cultꝰ ꝯſectiõis olei. Re-
ſpõdebiꝛ. Nõne antiq̃ iuſti potuerũt deo
placere ſine circũciſiõe. Potuerunt vtiqꝫ.
Sꝫ poſtqꝫ eis p̃ceptũ fuit: vt circũciderent
tur: niſi circũciderẽtur: peccati vincul' tene
banꝛ: vt Augꝰ. ſeleucio teſtaꝛ. Ap̃li q̃ppe
Auguſti. hac arte. i. oleo vtebãtur: in redintegratõe
infirmoꝝ: ap̃lici aũt viri in ꝯſig̃tione neo-
phitoꝝ. Vñ euãgeliũ dic̃ de ap̃l'is. Et vn
Marci. 6. guebãt oleo m̃ltos eg̃tos: ⁊ ſanabanꝛ. Itẽ
Beda. Beda. Patet ab ipis ap̃lis hũc ſctẽ eccl'ie
morẽ traditũ ẽẽ: vt energumini: vel alij q̃-
libet eg̃ti vnguanꝛ oleo: põtificali bñdicti
one. De oleo qđ infũdiꝛ ſup neophitos nõ
aliq̃d tñ legimꝰ ſꝫ tenemꝰ ap̃licã ꝯſuetudi
nẽ ex auctoritatẽ: quã accepimꝰ a romana
eccleſia. Nã mos ap̃li dei et inſtituta maio
rũ ꝓ lege tenẽda ſũt: vt augꝰ. caſulano p̃ſ-
Auguſtiꝰ bytero teſtaꝛ. Oleũ ꝓ infirmo ꝯſecraꝛ i
I ipõ officio ꝯſecratõis corpis et ſanguinis
dñi: anteqꝫ dicaꝛ: ꝑ quẽ hec oĩa dñe ſp bõa
creas. Nouiſſima orõ ꝯſectiõis dñici cor-
poris ex voto penitẽtiũ fit: de q̃bꝰ dr̃. Sa-
Ps. 50. crificiũ dõ ſpũs ꝯtribulatꝰ. Cõgrue i ea cõ
ſecraꝛ oleũ ꝓ penitẽtibꝰ: vbi eoꝝ ſacrifici-
um deo offerꝛ: Conſectio criſmatis dr̃ p̃nci
palis. qꝛ ad eiꝰ vnctionẽ p̃ncipalis ſpũs tri
buiꝛ. Cõſectur in eo loco vbi pacẽ inꝛ nos
ſolemꝰ dare: hoc eſt opꝰ gr̃e di: vt pax ⁊ cõ
cordia regnet in nob. Nã vt yſidorꝰ ait. Iſidorus.
Olea ẽ arbor pacis inſignis. Seq̃tur. Exor
ciſmꝰ olei. Vt yſidorꝰ ait: exorciſmus gre-
ce: latine ꝯiuratio: ſeu ſmo increpatiõnis
eſt ꝯtra diabolũ: vt diſcedat: ⁊ ꝯcludiꝛ ſic.
Per dñm nr̃m ieſũ chriſtũ: q̃ vẽturꝰ ẽ. Il
lo vngũtur cathecumini: vt ꝑ hãc vnctio-
nẽ nõ poſſit diabolus repedare. Vidẽdũ
eſt q̃d opeꝛ ſpũſſanctꝰ in ſingl'. Exorciſ-
mus olei iubet recedere diabolũ a cathecu
mino: q̃ adhuc ꝓ mortuo deputaꝛ. qꝛ non
dũ ẽ baptizatus. Criſmalis vnctio ſãctifi-
cat iã viuẽtẽ ex mortuis. Oleũ ꝓ infirmo
medelã p̃ſtat ſauciatis. Reſuaꝛ in eadẽ die 9
corpꝰ dñi vſqꝫ i craſtinũ. In paraſceue eñi
nõ ꝯficiꝛ corpꝰ dñi. Neceſſe eſt eñi: vt hi q̃
bus ẽ volũtas cõmunicãdi habeãt ſacrifi- đ cõſe. di. 2. Quoti die. et. 4. ſen. di. 12 ca. Inſtitutum. Augꝰ. Iſidorus.
ciũ ex p̃ori die. Sũt eñi q̃ q̃ttidie euchari-
ſtiã ſumere volũt. Nã iuxta auguſtinum:
neuter culpandus ẽ: vel q̃ honorãdo ñ au
det vllo die p̃termittere. Deiñ trãſiꝛ ad cõ
uiuiũ: ex q̃ cena dñi vocaꝛ. Vñ yſidorus.
Cena dñica dicta ẽ: eo q̃ in eo die ſaluator
paſcha cũ diſcipulis ſuis fecit. Vidi quẽ-
dã religioſũ ea die primo aliq̃d ſumere de
cibo: ⁊ poſtea lauare pedes peregrinorũ:
⁊ ſic trãſire ad mẽſã. Dñi nr̃i exẽplo eo die
lauamꝰ nõ ſolũ pedes fratꝝ: ſꝫ etiã pauimẽ
ta eccl'ie ad paſchalẽ feſtiuitatẽ ornanda.
Precipiꝛ i romão ordine: vt a q̃nta feria
vſqꝫ in ſabbo ſcõ nuda ſint altaria. Qđ nõ
aliđ ſig̃cat: ni fallor: niſi fugã ap̃l'orũ. Ve-
ſtimẽta altaris chriſti ſũt: de q̃bus dcm̃ ẽ.
⁊ relicto eo oẽs fugerũt. In ipa die pctõres math. 26.
q̃ ꝓpter pctã ſua ⁊ crimĩa ꝓiecti fuerãt de
gremio ſãcte eccl'ie pacta penitẽtia iubẽte
epõ ſeu pbro vbicũqꝫ ſint ad mr̃em eccleſi
am reuertũtur: ⁊ cũ magno gaudio ⁊ leti-
cia ad remiſſionẽ peccatoꝝ redeũt. In his
oĩbꝰ cog̃ſcimꝰ p̃ſẽtẽ diẽ valde ꝯſecratum
eſſe remiſſioni peccatoꝝ. Nõ eñi putamus
preſenti quinte ferie fortuitu hec accidere
Nos ſcioli interim dicamꝰ quid nobis vi-
deaꝛ rationis habere qđ in ipo die voluit
dominꝰ pedes lauare: cuiꝰ exẽplo nos pe-
des et cetera lauamꝰ. Que lauatio remiſ-
ſionẽ peccatoꝝ ſignificat. Quapropter et
penitentes eadem die ad manus ſacerdo-
tum recurrunt. Et cur eadem die oleũ cõ-
ſecratur. Chriſtus vnctus oleo leticie in fi-

ne quinte etatis venit ad nos: vt cōſortes faceret regni ſui. Unde et hec vnctio conficit in qnta feria. Sic delatus ē quidā modus vnctiōis a natiuitate dñi ſcḋm eſaiā et euangeliū in ſpecie colūbe vſqȝ ad baptiſmum ꝗuis ab initio ex quo cepit homo fieri: credamus vnctionē in ieſu ſpiritalē manere. Non diſcrepat ab hac rōne quod qnta feria cōſecrat oleū: et vnctio fuat vſqȝ ad baptiſmū noſtrū. Lex ſi ſoluebat peccata: ſꝫ puniebat. Chriſtus in qnta feria veteri lege finē dat: vt beda narrat ſup lucā: ⁊ pctā abſoluit. Idipm̄ ī prima orōne miſſe ſonat ſacerdos dicēdo: ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectōis ſue gratiā largiatur. Affert ⁊ oleum quo vnguantur ſui conſortes: de quibus dicit petrus. Uos eſtis genus electum regale ſacerdotium. Igit cū ex his omnibus tāta leticia ſit hodierne diei: ⁊ ſicut ſcimus et ſepe videm⁹ tantā in terris leticiā de peccatoris abſolutione ⁊ penitētia: multomagis credendū eſt in celis gaudium eſſe et leticiam corā deo at angelis eius: ſicut ipe dicit: q diem ⁊ hominē ꝯſtituit. Gaudiū eſt in celo corā angelis dei ſuper vno peccatore penitentiam agente.

Beda.

De ſeparatione anime et corporis ī xp̄o

Quidā putauerūt in morte diuinitatē a chriſto hoīe receſſiſſe: ⁊ mortem hoīs aliud ꝙ ſepationē diuinitatis a carne nō fuiſſe. Inueniunt enim quedā verba in quibus ita dictū eſſe videtur: et inueniētes eiuſmodi lr̄e adherent nō pertingentes ad ſpūm. Beatus ambroſius tale aliqd videtur dicere in expoſitione pſalmi illius: quē ipe dñs ī paſſione de ſe ſcriptum eſſe oſtendit. Deus me⁹ ds meus: vt quid me dereliquiſti. Sup hunc locum ambroſius ita dicit. Clamat homo ſeparatione diuinitatis moriturus: ⁊ alia quedam quaſi ad ipsū ꝓbandum adducta qꝛ ſcꝫ ds vita ē: et vbi vita fuit: mors eē nō potuit: ac ꝓpterea niſi vita ꝑus receſſiſſet mors venire nō potuiſſet. Scriptū quippe eſt: quia ieſus clamans magna voce dixit: Deus meus: deus me⁹: vt quid dereliquiſti me. Clamat homo ſe derelictum a ds: ⁊ conqueritur deū a ſe receſſiſſe: ⁊ quaſi ideo ſe moritur eſſe: ꝙ ds ab ipo receſſerit. Ido dixit: qꝛ clamat homo ſeparatione diuinitatis moriturus. Sed videte quid dicitur Si eni agitur de illa ſeparatione diuinita-

Ambro.

pſal. 21.

j. ſen. diſ. 21. ca. 1.

Mat. 27.

tis pro qua chriſtus homo in cruce clamabat: illa vtiqȝ iam facta erat. Non eni dereliquendū: ſed derelictum iam ſe ꝓteſtat dicens. Deus me⁹ vt quid dereliquiſti me Si ergo de illa ſeparatione diuinitatꝭ agitur: iā receſſerat ds: quādo homo in cruce pendens: derelictum ſe a deo vociferabat: ⁊ vtiqȝ adhuc chriſtus ī carne viuebat: qñ ſic ds ab eo receſſerat. Reſpondeant ergo. Si mors eſſe nō poterat niſi prius vita diſcederet: quō vita manere potuit: poſtꝙ vita receſſerat. Iam eni ſic receſſerat deus: ⁊ adhuc chriſtus viuus in cruce pendebat: cū ſe derelictum cauſabatur. Si ergo ī hac receſſione dei: ⁊ in hac diuinitatis ſeparatione illam que inter diuinitatē et humanitatem conſtabat: vnionem perſone ſolutam dicunt. Fuit quoddam tempus quando chriſtus adhuc viuus homo erat: ⁊ ds non erat. Sed quis hoc dicat. Quis ſane fidei concordās nō abhorreat deo imponere ꝙ aſſumptum hominē vſqȝ ad mortem quidem comitādo perduxit: ⁊ ī morte qñ maiori periculo iam imminente mai⁹ auxiliū neceſſariū erat deſeruit. Quare ꝗ tātopere mercennarijs impropat: ꝙ lupo veniente oues quas cuſtodire debuerant: fugientes deſerūt: cum ipſe vnicam illam ouē: ⁊ agnū illum ouis virginis filium: quē nō ſolum cuſtodiendum: ſꝫ etiam glorificādū ſuſcepit lupo veniente deſeruit: ouis pri⁹ de paſtore ſecura veniente lupo nō timuit dicens. Uenit ꝑnceps mundi huius: ⁊ in me non habet quicꝙ. Nūc aūt a paſtore derelicta cauſando et conquerendo clamat. Quare dereliqſti me. Solus homo fuit: ⁊ ds nō fuit: ⁊ iā ds homo nō fuit. qꝛ iam ab homine receſſerat ds: nec homo ds fuit. qꝛ adhuc viuus in cruce pendens: a deo derelictus eſt. Iam non ſolū ergo in morte: ſed ante mortē diuinitas ab hoīe receſſerat: qñ homo adhuc homo a ſe receſſiſſe deum ac per hoc vt iſti aiunt: deū ſe eſſe nō plāgebat. Quis hoc dicat. Quomodo ꝗ inquiunt intelligendum eſt: ꝙ chriſtus ſe a deo derelictū eſſe clamat: ⁊ ꝙ ſcriptura hominem ſeparatione diuinitatis moriturū clamaſſe affirmat: ſi deus ab hoīe nō receſſerat. Quid ergo. Non potuit diuinitas humanitatem: etiam ſcḋm aliquid deſeruiſſe in ꝗtū vicē eam poteſtati inimicoꝝ ad tempus non defendit: ⁊ ſcḋm aliquid non deſeruiſſe: inquātum ſcꝫ tunc etiam ab ea per

VIII

B

math. 27

preſentiam maieſtatis nõ receſſit. Dereli-
quit illũ: ꝟ illã nõ dereliqͭ. Dereliqͭ illis:
ꝟ ſibi non dereliqͭ. Dereliqͭ: qꝛ auxilium
nõ ꝯtulit: ꝟ nõ dereliqͭ: qꝛ pñtiã nõ abſtu
lit. Subtraxit ꝓtectionem: ꝟ nõ ſeparauit
vnionẽ. Separauit ſe foris: vt ad defenſio
nem cõtra inimicos nõ adeſſet: ꝟ nõ ſepa-
rauit ſe intus: vt illi ad vnionẽ perſõne de
eſſet. Sic ergo dereliqͭ: vt nõ adiuuaret: ꝟ
non dereliquit vt recederet. Vado ꝑ viaꝫ
mecũ pergis: pariter ambulamꝰ. Securꝰ
ſum: q̃ſi amicũ meũ habens. Venit hoſtis
meus et irruẽs inermem: ꝛ reſiſtere nõ va
lentem: vulneribus afficit. Tũ me plaga-
ri cernẽs: nihil moueris: ꝟ patienter ſuſti-
nes: ꝛ ſtas iuxta quaſi nõ curans vulnera
mea ꝛ dico. Vt quid dereliquiſti me. Ad-
huc ſtas iuxta me: ꝛ cauſoꝛ te rceſſiſſe a me.
Iuxta es loco: ꝟ longe auxilio. Iuxta fui-
ſti: q̃ñ pñtem exhibuiſti in dilectione: lon-
ge factus es: q̃ñ in periculis conſtituto te
ſubtraxiſti a compaſſione. Sic ꝗ humani-
tas a diuinitate in paſſione ſe derelictã cla
mabat: qꝛ eam inimicoꝝ poteſtati ad cruci
figendum conceſſerat: ſicut ſcriptum eſt.
Nõ haberes in me poteſtatem: niſi tibi da
tum fuiſſet deſuper. Quam tñ mortem qꝛ
nõ ꝓ ſua iniquitate: ꝟ ꝓ noſtra redempti-
one ſuſtinuit ĩ cruce pendens quare ſit de-
relicta requirit: nõ q̃ſi aduerſus deũ de pe
na murmurans: ꝟ nob innocentiam ſuam
in pena demonſtrans cauſam querebat: q̃
peccatum neſcibat.

## In die ſancto paſche. S. marcum.

Aria magdalena et maria
m iacobi et ſalome emerũt aro
mata vt veniẽtes vngerẽt ie.

Marci.16 In euangelio luce ſcriptum eſt. ꝙ
reuertentes a monumento para-
uerũt aromata et vnguenta. Et ſabbato quidẽ
ſiluerũt ſcd̃m mãdatuꝫ. Mandatum erat apõ
iudeos. vt ſabbati ſilentium a veſpa vſqꝫ ad ve-
ſperam. i. a ſolis occaſu vſqꝫ ad ſolis occaſũ ſer
uaretur. Quod et mulieres fecerũt: que viſa ſe-
pultura dñi emerũt aromata in paraſceue ante
ſolis occaſum: vel in ſabbato poſt occaſum ſol.
ꝛ preparauerũt aromata: vt mane corpus dñi
vngerẽt. Recordantes ergo fideles ſepulturaꝫ
domini quaſi aromata parant: ſi ad opera qui-
bus chriſtus delectatur ſe cõuertant. Et ſabba-
to quidem ſilent venturi poſt ſabbatum cũ mu
lieribus ad dominũ. qꝛ finita preparatione pre
ſentis vite in requie gaudent expectare diem re-
ſurrectionis et tunc chriſto offerre ſpiritales ac
Gen.i. tiones quaſi aromata redolentes. Sexta die
factus eſt homo. ſabbato quieuit deus. Jdõ ſex
ta die ieſus pro homine moritur. vnde et dixit.
conſummatũ eſt. i. ſexta die opus ꝓ redempti-
one mũdi expletum eſt. ꝛ in ſabbato requieuit ĩ
ſepulchro. Ita et nos in hac ſexta etate ꝓ domi
no pati debemus: et in ſeptima que eſt mortuo
rum in ſecreta pace quieſcere donec octaua re-
ſurrectionis veniat. In ſeptima ſeptima dieĩ
veſperam habuiſſe non legitur: qꝛ in illo ſeclo re Gen.2.
quies animarũ nullo merore conſumit: ſed gau
dio future reſurrectionis augetur. Veſpere
autẽ ſabbati que luceſcit in primã ſab-
bati cũ adhuc tenebre eſſent venit ma-
ria magdalena et altera maria. et ſalo-
me ad monumentum portãtes que pa-
rauerũt aromata. Nomine veſperis noctẽ
deſignat a parte totum intelligens. Veſper enĩ
principium noctis eſt. Ideo nõ ait. qui luceſcit
ſed que luceſcit ſcd̃m intellectum relationem fa
ciens ad noctem: que in aurora diei dñice termi
natur. Ea vero cauſa intelligitur eandẽ noctem
ſic appellaſſe: quia iam a veſpere licebat eis pa
rare et afferre aromata tranſacto ſabbato. Or-
dinato: tempoꝝ vltima noctis huius parte ſur
rexit. Quid eſt aliud reſurgere dei filium: niſi re
uiuiſcere: id eſt ex morte ad vitã redire. Hac no
cte per miſterium reſurrectionis dñi tempoꝝ or
do mutatus eſt. Aptiſſime quondam nox ſeq̃ Gen.i.
batur diẽ: qꝛ homo a luce paradiſi peccãdo lap
ſus in huius ſeculi tenebras erumnaſqꝫ decidit
Aptiſſime nunc dies ſequitur noctem. qꝛ ꝑ fidẽ
reſurrectionis a peccati tenebris ꝛ vmbra mor-
tis ad lucem vite chriſto largiente reducimur.

Illud ergo quod dicitur dominũ fuiſſe tribꝰ
diebus et tribus noctibus ĩ corde terre. ſicut io- Math.12
nas fuit in ventre ceti: reſtat vt hoc modo loquẽ
di quo a parte totum intelligitur accipiamus:
videlicet per extremam partem diei paraſceuẽ.
quo ſepultus eſt dñs: totam diem cũ ſua nocte
iam p̃terita: et ꝑ noctem ſequentem: ſabbatum
tercium diem totum. Prima autẽ ſabbati ſiue
vna ſabbati. vel ſabbatorum dies dñica intelli-
genda eſt. qꝛ omnis ebdomada in ſabbatum ꝛ in
primam ꝛ in ſecũdam: ꝛ in terciã: ꝛ in quartã: ꝛ
in quintam: et in ſextam ſabbati diuidit. Ipſa
etiã ebdomada ex prerogatiua ſabbati nonnũqꝫ
ſabbatũ dicebat. vt ibi. Ieiuno bis in ſabbato:
id eſt in ſeptimana. Et orto iã ſole dicebãt
adinuicem. Quis reuoluet nobis lapi-
dem ab oſtio monumenti. Erat quippe
magnus valde. Orto iam ſole. i. cum celum
ab orientis parte iam albeſceret. qḋ non fit vti-
qꝫ niſi ſolis orientis vicinitate. Eius enim eſt il-
le fulgor. qui nomĩe aurore appellari ſolet. Qḋ
mulieres valde diluculo venerunt: magnus fer
uor inueniendi dominũ oſtendit. Miſtice vero
nobis datur exemplum: vt diſcuſſis vitiorum te
nebris: ad dñi corpus accedamus. Nam ſepul
chrum altare dominicum ſignificat in quo car-

nis eius ac ſanguinis miſteria celebrant. Aromata aūt que mulieres deferūt odorē virtutum ⁊ ſuauitatē orationum ſignificāt cum quib9 altari debemus appropinquare. Que aūt mulieres hec eſſent legit᷑ q̄ vna maria ſoror lazari fuiſſet. altera ꝓo maria mater iacobi. poſtea hieroſolimoꝝ epi. tercia quoqꝫ maria ſoror matrī dñi vxor ſalomei. Hec tres cum ꝑcioſis vnguentis ad monumentum veniebāt: quibus dominū ne a vermibus corrumperetur vngere volebāt. Viſo vero angelo nimio pauore conſternant᷑: ſꝫ blāde ab angelo conſolantur. Sequitur: **Et ecce terre motus factus eſt magnus. angel9 eni dñi deſcendit de celo. Et accedēs reuoluit lapidē.** Angelus reuoluit lapidē nō vt egreſſuro dño ianuā pāderet: ſed vt egreſſus ei9 facti indiciū ꝑſtaret. Qui eni clauſo vtero mortalis exijt: imortalis iā factus ſepulcro exire potuit et exijt. Dō aūt terremotus reſurgente dno ſicut et moriente factus eſt magnus: ſignificat terrena corda et celeſti ſpe delecta ꝑ fidem paſſionis ac reſurrectionis eius concutienda ad penitentiam: ac ſaluberrimo pauore permota ad vitam ſublimanda perpetuam. Lapidis autē reuolutio reſerata inſinuat ſacramentoꝝ: q̄ velamine littere tegebant᷑. Lex eni in lapide ſcripta eſt: cuius ablato tegmine: gloria reſurrectōis oſtenſa eſt.

E **Et reſpicientes viderūt reuolutū lapidē a monumento. et angelū ſedentē ſuper eū.** Erat aūt aſpectus ei9 ſicut fulgur veſtimēta eius ſicut nix. Qr de9 ⁊ terribilis eſt peccatoribus ⁊ blandus iuſtis: recte ſic angelus demōſtratur vt de ſua ſpecie ⁊ terreret reprobos. Et mulceret pios. In fulgure eni terror timoris eſt. in niue blandimentū candoris. Cādor etenī veſtis ⁊ angelice noſtre feſtiuitatis gaudia nūciauit. Illa etenī dñi reſurrectio: et nos ad vitam immortalitatis reduxit: ⁊ angeloꝝ numerꝝ reſtituens celeſtis patrie damna reparauit. Sedebat ergo regnātē indicās. qui in natiuitate ſtādo bellatuꝝ ſignerat. Sedebat ſuꝑ lapidē quo monumentū claudebat᷑: vt clauſtra inferoꝝ ſuperata doceret. Sedebat vt marcus determīat in dextris. i. ad meridianam partem loci illi9 vbi fuerat corpus dñi. Corpus eni dñi reſupinū iacens caput habebat ad occaſum: dexteram habebat ad auſtrū: Quid aūt per ſiniſtrā niſi vita preſens: quid per dexterā niſi vita perpetua ſignatur. Unde illud. Leua eius ſub capite meo ⁊

Cāti. 2. et 8. dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noſter iā preſentis vite corruptionem tranſierat: recte angelus q̄ nūciare perennē ei9 vitam venerat in dextera ſedebat. Siniſtram ergo deus id eſt ꝓſperitatem vite preſentis quaſi ſub capite eccleſie poſuit: quā intentiōe ſumme amoris premit. Dextera vero dei eam amplectitur: qꝛ ſub eterna eius beatitudine tota deuotōe

F continetur. Pre timore autē eius exterriti ſunt cuſtodes: et facti ſunt veluti mortui. **Reſpondens aūt angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio eni q̄ ihꝫ qui crucifixus eſt queritis. Non eſt hic. ſurrexit eni ſicut dixit. Venite et videte locū vbi poſitus erat dñs.** Ac ſi dicat. Si verb n̄ creditis: vacuo ſepulchro credite. Angelus non conſolatur cuſtodes: ſed mulieres. In incredul' inquit perſeueret pauor: ceterū vos qꝛ ieſū queritis audite q̄ reſurrexit. Paueant illi qui non amant aduentum supernoꝝ ciuium: pertimeſcant qui carnalibus preſſi deſiderijs ad eoꝝ ſocietatem ſe pertingere poſſe deſperant. Vos autem cur timetis que veſtros ꝯciues videtis. Nō eſt hic dicitur ꝑ preſentiam carnis. qui nuſq̄ꝫ deeſt per preſentiā maieſtatis. Radix amara crucis euanuit: flos vite cum fructibus erupit. id ē qui iacuit in morte reſurrexit in gloria. Corpus ieſu mortuum non inuenitur: ſed viuum euangelizatur. qꝛ et ſi cognouimus ſꝫm carnem. ſꝫ iā nūc non nouimus. **Et factum eſt dū mente conſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt iuxta illas in veſte fulgenti.** Angeli non ſolum verbo ſed etiā fulgenti habitu gloriam annunciant triumphantes. Mulieres angelos vident que cum aromatibus venerūt. qꝛ illic mentes ſuꝑnos ciues aſpiciunt: que cum aromatibus ad deum per ſancta deſideria proficiſcuntur. Mente conſternate erant. quia ⁊ magnum lapidē reuolutum ſtupebāt: ⁊ corp9 non inuentum dolebant. Dicitur autē hoc monumētum dñi q̄ domus rotunda fuerit: ⁊ ſcōm mathei et marcum de ſubiacēte petra exciſa tāte altitudinis vt intus conſiſtens homo vix manu extenta culmen poſſet attingere. Que habet introitum ab oriente cui lapis ille magn9 impoſitus eſt. In cuius mōnumenti parte aquilonali ſepulchrum ipſum. hoc eſt locus dñici corporis de eadē petra factum eſt: ſeptem habēs pedes longitudinis: trium vero palmoꝝ menſura cetero pauimento altius eminens. Qui videlicet locus non deſuꝑ ſed a latere meridiano per totum patulus eſt. vñ corpus inferebatur. Color autē eiuſdem monumenti ac loculi rubicundo ⁊ albo dicit᷑ eſſe permixtus. Hoc itaqꝫ nouū ſepulchrum dñi poteſt marie virginalem vterum demōſtrare. ſaxūqꝫ magnū oſtio appoſitū oſtēdere nō abſqꝫ auxilio plurimoꝝ ſepulchꝝ potuiſſe reſerare. Sicut in marie vtero nemo ante illum. nemo poſt illum conceptus eſt. ita in h̄ monumento nemo ante. nemo poſt ſepultus eſt. Sciendum quoqꝫ q̄ ſicut angeli legūtur aſtitiſſe ſepulchro ſaluatoris. ita credendi ſūt aſtitiſſe miſterijs corporis dñi tempore cōſecratōis. Vñ apoſtolus monet mulieres in eccleſia velari ꝓpter angelos. **Cum timerent autē et declinarent vultum in terram dixerūt ad illas. Quid queritis viuentē cū mortuis. Non eſt hic ſed ſurrexit.** Recordamini

IX

G

iudeorũ: cauẽdũ eſt nobis a captiõe demo Q
niorum. Illa eni ſcripta eſt ad correctionẽ
nrãm: ne nos incautos circũcludãt caſtra
hoſtis maligni. Eteni vt nos eſſemus cap
tiuitate liberi: ſũmi regis filius datus ẽ ob
ſes ꝓ redemptõe noſtri. Atq; vt hoc tena-
citer noſtre memorie imꝓmatur: pãis chri
ſti in modũ denarij formatur. qꝛ ꝑfecto il-
le ꝓ. xxx. denarijs traditus eſt in man⁹ im
piorum: q̃ verus denarius dabit in vinea
vſq; ad veſperã laborantibus ꝓmiũ omni-
um iuſtoꝝ. Hec captiuitas ꝑceſſit in figura
ſicut nobis refert ſacra ſcriptura. Cum he
lyas igneo curru in celum transferretur: et
heliſeus pallio helye iordane diuiſo: ad ie
richo reuiteret: eo iñ ad bethel aſcẽdẽte pu
eri ei illuſerũt: aſcende calue: aſcẽ. cal. cla- 4. reg. 2.
mauerũt. Quibus dum ille malediceret:
duo vrſi ď ſilua egreſſi ſũt: qui. xlij. pueros
lacerauerũt. Helias erat in figura chriſtus
Hic ad bethel aſcẽdit: dum de hieruſalẽ ad
crucẽ tẽdit. Huic pueri illuſerũt: aſcẽde
calue clamauerunt: dum iudei puerili ſen
ſu dño ꝓ nobis flagellato: decaluato ĩ cal-
uarie loco in cruce illuſerunt. Mos q̃ppe
apď antiquos erat crucifigẽdos ꝑus flagel
lari ac decaluari: ſic põt etiã in ſacra ſcꝑtu
ra notari. Deuorabit inqͣt gladius carnes deut. 32.
de cruore occiſorũ: ⁊ de captiuitate nuda-
ti capitis inimicoꝝ. Nã et captiui decalua
bantur: qui vendebantur. Hoc videtur no
ſtra tõſura exꝑmere: qui cẽſemur chriſti fi
guram gerere. Pueris autẽ ab heliſeo ma
ledicitur: dũ maledictio ſanguinis ei⁹ ſuꝑ
nos et ſuper filios noſtros iudeos inducit
Uñ duo vrſi de ſilua egreſſi. xl. duos pue-
ros lacerauerunt: dũ poſt. xlij. annos duo
imꝑatores de gentilitate egreſſi armis iu-
deos atrociter ſtrangulauerũt. Nos ḡ cha
riſſimi nitamur manus hoſtium effugere:
captiuitatẽ animarũ effugere: ad veꝛũ re
gẽ nrm ꝑuenire: verã libertatẽ obtinere.

De Helia ⁊ iezabel.

Elyas timuit iezabel: ⁊ fugit a cõ R
ſpectu mlieris fornicarie: ⁊ ſurgẽs
abijt quocũq; eũ ferebat volũtas: 3. reg. 19.
venitq; ĩ berſabe iuda: ⁊ dimiſit ibi puerũ
ſuũ: ⁊ abijt in deſertũ via vni⁹ diei. Primo
iacenda ſũt fundamẽta hiſtorie: vt p⁹ qua-
ſi de ꝑiete vł petra hiſtorie oleũ moralitatꝭ
eliciat. Iezabel iterꝑtat flux⁹ ſãguis: ⁊ ſig

nificat carnalē ↄcupiſcentiā q̄ occidit pro
phetas.i.videntes:vnde dicit̄. Vbi ē do
mus videntis.i.ꝓphete. Hec eñ videlicȝ
ↄcupiſcētia:ꝓphetas ⁊ ſapiētes extiguit:
dū voluptati blandiſſime quidē: ſed tur
piſſime ⁊ ꝑniciosiſſime dn̄e ⁊ ↄſimilibus
vitijs ſe ſubijciunt.de quib⁹ ſcribit̄. Flu
xus eoꝝ:vt fluxus equoꝝ. Unde helyas
id eſt ſolitari⁹ q̄libet:quē ſol iuſticie illu
minauit timens ſibi de regione eius fugit
in berſabee:qđ interp̄tat̄ ſeptim⁹ puteus
id eſt eccleſiā:redundantē ſeptiformi gra
ſpūſſancti. Jude.i.ↄfeſſionis vel puteus
Gregori⁹. ſatietatis:q: habet eccleſia doctrinalia p̄
cepta vel fluenta ad ſatietatē:in quib⁹ vt
ait q̄dā:agnus pōt ambulare: ⁊ elephās
natare. Inde initialis ⁊ lactea doctrina ꝓ
ponit̄ rudibus:ꝑfectis autē ſolidus cib⁹.
Reliq̄t ibi puerū ſuū.i.pueriles actus et
peccata q̄bus pueri nutant:tetēdit quocū
q̧ eū voluntas ferret. Qđ vni⁹ cuiuſq̧ q̄
pctā ſua vult redimet̄:ſignificat de libera
tionē:vt hoc genus viuendi aggrediat̄:ſ;
tandē vadit in deſertū.i.deſerit mundū:
Exo.3. via vnius diei. Tres ſūt diete quas ibūt
q̄ dn̄o ſacrificaturi ſunt:q: omne qđ domi
no offerimus:in noīe ſancte trinitatis de
bet fieri. Prima dieta eſt incipe:ſcđa face
re:tercia ꝑficere vel ꝑſeuerare. Uel p̄ma
declinare a malo:ſcđa facere bonū:tercia
inhabitare vel p̄manere in ſeculū ſecl'i:vt
dicat̄ de prima:quieſcite agere ꝑuerſe:et
qui furabat̄:iam nō furet̄. De ſcđa diſcite
Eſaie.1 bene agere:⁊ induite nouū hoīem. Ter
cia vero dieta eſt bonū ↄſūmari:de qua di
cit̄:aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et
in canticis. Que eſt iſta que aſcēdit ꝑ de
ſertum? De his tribus dieb⁹ dr̄ in euange
lio. Petite ⁊ accipietis:querite ⁊ inuenie
tis:pulſate ⁊ apiet̄ vobis. Helyas q̄ hab;
formā penitētis:vnā dietā tantū ꝓceſſit.
Unde ⁊ ꝓcedit quaſi meditās. Notandū
q̧ tres ſunt recordationes peccati:prima
afficiens ⁊ delectans que mala ē:ſcđa ex
aſpans:que pungitiua ſeu ↄpunctiua dici
tur:hec vtilis ē. Tertia gl'ioſa que ꝑfecto
rū eſt. Affectuoſa.i.afficiens peccati recor
datio eſt:qū homo afficit̄ deſiderio ⁊ dele
ctatione peccādi qū recogitat ad ollas car
niū egyptiarū:q̧ delicioſe ⁊ ſuauit̄ vixer̄:
⁊ quā arduū ſit iter:qđ aggreſſus vel cur
ſurus ſit. Recordatio pungitiua vel com
punctiua dicit̄:qū reminiſcit̄ q̧ ſordide ⁊
vagitioſe vixit:nō vt ad p̄ora redeat:ſ; vt
digne ea defleat:⁊ ſemper coraȝ ſe ſtatuat.
Unde dicit̄: Peccatū meū coram me ē ſꝑ.
admodū alicuius qui nouellat agrū:arbu
ſta quidem reſecat:ſ; de agro nō aufert:im
mo reponit ⁊ ſternit ſuꝑ agrum: ⁊ incēdit
vt ager habilior ſit ad deſerendū ⁊ fructifi
candum:ſcđm illud: Concaluit cor meum
intra me:⁊ in meditatōne mea exardeſcet
ignis. Tercia recordatio peccati gl'ioſa eſt
qū hō remeditans q̄s fuerit: qua gratia d̄
lacu miſerie:⁊ de luto fecis liberat⁹ ſit gra
tias agit dō dicēs:nō nobis dn̄e nō nobis:
ſ; nomī tuo da gloriam:⁊ cum iſraelitis de
egyptia ſeruitute liberatis gratulabunde
decantat:cantemus dn̄o: glorioſe enī mag
nificatus eſt:⁊ cum zacharia: Bn̄dict⁹ dn̄s
deus iſrael:q: viſitauit ⁊ fe.re.ple.ſue. He B
lias igitur viam vni⁹ diei ꝓceſſerat cō pū
ctiua recordatione preterita reminiſcens: 3.reg.19
⁊ ſub vmbra iuniperi ſedens:que eſt arbu
ſtula humilis et ſpinoſa:ſignificans cō pū
ctionē et amaritudinē penitentie. Uñ ex
laſſitudine et triſticia obdormiuit.q: inſē
ſibilis mundo:⁊ tanq̧ mortuus fieri deb;:
quē p̄oris vite tedet. Unde et helyas ait.
Sufficit mihi dn̄e:tolle animā meā.i.ani
malem vitā. Qui ſic obdormierit: angel⁹
magni ↄſilij excitat eum dicens. Exurge a
mortuis:⁊ illuminabit tibi chriſtus. Un
de ſcribitur: Ecce angelus dn̄i tetigit euȝ
dicens. Surge comede. Tactus iſte ē ani
mi non corporis:ſpiritus non carnis:rati
onis nō ſenſualitatis:interioris hominis:
non exterioris. Iſte angelus dormientes
diſcipulos excitauit dicens. Quid dormi
tis? Non potuiſtis vna hora vigilare mecū?
Et ecce ad caput eius ſubcinericius panis
⁊ vas aque. De interioris homīs capite ē
ſermo.i.de mente. Panis ſubcinericius q̄
exufflādus eſt ⁊ tergendus:ſignificat aſpe
ritatem victus:quo vtuntur penitentes:d̄
quo dauid ait. Cinerem tanq̧ panē mādu
cabam:⁊ vas aque:lacrimoſaȝ compuncti
onem:que eſt aqua abluēs et reficiēs. Cu
ius compunctionis menſura per vas ſigni
ficatur:q: iuxta modum culpe erit menſu
ra pene ſicut dicitur. Potum dabis nobis
in lachrimis:in menſura: ⁊ exitus aquarū
deduxerūt oculi mei. Comedit ergo ⁊ bi
bit:⁊ rurſum obdormiuit ſc; in pace ⁊ qui
eta mentis tranquillitate. Et denuo reuer
ſus angelus domini tetigit eū:dixitq̧ illi.

Surge:id eſt ad ſupna te ſubleua: q̃ ꝛ ad
diſcipulos. Dormite iã ꝛ requieſcite: ſuffi
cit. Comede.i.pſlba ꝛ guſta ꝺ interna dul
cedie. Nõ determinatꝛ q̃d comederit: quia
guſtus illiꝰ dulcedinis inedicibilis ẽ:imo
inexcogitabilis:acqri põt:eſtimari nõ po
teſt. Huic grandis via reſtat.i.caritas:que
in menſa eſt adeo ꝙ deũ ad hanc vallẽ la-
crimarũ inclinauit vt ſe exinaniret. Gran
dis pfectio:que hoiem vſqꝫ ad dei dextrã
ſublimauit. Qui in hac via pede inoffen-
ſo inceſſerit põt dicere. Tranſiuimꝰ p ig-
nẽ:qui cõſumit ſolida: ꝯſtringit ꝛ diſſilire
facit.i.adũſa: ꝛ p aquã que mollit.i. pſpa
Notandũ ꝙ tribꝰ modis dr panis. Panis
purgatoriꝰ cũ amaritudine:quẽ comedũt
initiantes:quẽ ſignificat panis ſubcineri-
cius:quo refectꝰ eſt helyas. Panis ꝯſola-
toriꝰ cũ dulcedine:vnde dicitꝛ. Scdm mul
titudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo ꝯſola-
tiones tue letificauerunt aniam meã. Hoc
veſcuntꝛ pficientes: qđ ſignificatꝛ p hoc ꝙ
denuo comedit helyas. Panis ſolitarius
cũ fortitudine eſt caritas robuſta ꝛ pfecta
ĩ cuiꝰ fortitudie ãbulauit.xl.di.ꝛ.xl.noc:ti
bus.id ẽ p ipletõꝫ decalogoꝝ: ꝛ q̃tuor euã
gelioꝝ:ad montẽ dei oreb. Oreb ſolitudo
vel ꝯuerſus in vitã monaſticã vel in here-
mũ ſignificatꝛ: ſm illud. Quis dabit mihi
pennas ſicut colũbe:ꝛ volabo ꝛ requieſcã

De verbis ſapie Trãſite ad me

ecci. 24. T Ranſite ad me omnes qui ꝯcupiſci
tis me:ꝛ a generationibꝰ meis im
plemini:ait ſapiẽtia. Fidelis ſer-
mo et exhortatoriꝰ:alacri deuotione ſuſci
piendus. Due ſunt vie maxime inter ſe di
ſtantes:vna que ſeparat ꝛ ſeducit a deo:al
tera que reuocat ꝛ reducit ad deũ. In illa
mundi amatores ſpaciantꝛ ꝛ errantes per
deuia expatiant:p hãc chriſto duce ꝛ comi
te contemptores ſeculi:de luto egypti ad
quietẽ:ꝛ repromiſſam terrã viuentiũ feli
citer ingrediuntꝛ. Sunt etiã due ꝯcupiſcẽ-
tie:vna culpabilis:altera laudabilis. Cul
pabilis ꝛ que nos ĩmergit ſecularibꝰ ꝛ car
nalibꝰ deſiderijs. Laudabilis duplex eſt.
Una eſt ex ꝑuilegio nature:altera ex talẽ
to grẽ. Naturalis eſt ꝯcupiſcẽtia qua vnꝰ
quiſqꝫ amat ꝛ appetit: quãuis diuerſa via
oẽs ad idẽ tendãt:alij p diuitias:alij per
honores:alij p magnificentiã ꝛ amplitudi
Boetius. nẽ nois:alij p voluptates:ſicut dicit Boe-
tius. At illi falluntꝛ et errant. Iſta affectõ
eſt amor extraneus delonge olfaciẽs bonũ
ſed nõ ꝯtemplãs e uicino ſuauitatẽ illius.
Bonũ eñi nature eſt:nõ reparatio grẽ. Illa
altera q̃ grã ꝯfert eſt qua etiã vera ꝛ eter
na bona affectantꝛ:qũ fidelis omnibꝰ tran-
ſitorijs calcatis in ſolũ deũ ſuſpirat hũc ſi-
tit:hunc eſurit:hũc cogitat. Eſt ḡ trãſeũ-
dũ de amore tempaliũ ad amorẽ eternorũ:
ſicut tranſijt moyſes qui vidit rubũ arde-
re nec cõburi. Obſtupuit quidẽ primo q̃
prius ſenſit aliũ ignez.ſ.amorẽ ethiopiſſe Exo. 3.
ſue.i.prius flagrabat ardore cõcupiſcẽtie:
qui obfuſcat amatores ſuos: ſed viſo ꝙ ru
bus ardebat nec conſumebatur:ait: Tran
ſibo et videbo viſionem hanc magnã:ſicqꝫ
tranſiuit ad ignem diuini amoris. Hic trã
ſitus nõ fit niſi gratia dei. Que vna ſcdm
affectus ſuos triplex eſſe dicitꝛ. Prima in-
itiat vt vocemur: ꝛ ſimus initiuꝫ creature
eiꝰ. Secũda ꝓuehit vt iuſtificemur. Ter-
cia cõſummat vt glorificemur. Prima dici
tur bene placitum. Secũda meritũ. Ter-
cia ꝑmium. De prima dicitur de plenitudi
ne eius oẽs accepimus: de duabus reli-
quis gratiam ꝓ gratia.i.ꝓ merito tempo
ralis militie:ꝑmium eterne glĩe. Felix hic
tranſitus quo tranſitur ad ſapiẽtiã. Quiſ-
quis ſic tranſire inceperit: caueat ſummo-
pere:ne admodum vxoris loth retro aſpi-
ciat:qui iam manus miſit ad aratrum: vi-
deat ne ad naufragium redeat:de quo nu-
dus euaſit: nec ad ignem de quo ſemiuſtꝰ
exiuit:nec ad latrones a quibus ſemiuiuꝰ
relictus miſerante ſamaritãs reductus ẽ:
ne miles chriſti iã rapto celo ab ipſo introi
tu reuocetur:velut canis ad vomitum:ſus
ad volutabrum. Tranſite ad me oẽs qui ecci. 24.
concupiſcitis me:ꝛ a generatõnibus meis
implemini. Tres ſunt generationes: car-
nalis:ſecularis:ſpiritualis. Carnalis gene
ratio eſt:quã homo ex ſe genuit:opera ſcꝫ.
immũda ac ſcurrilia.ꝛc̃. que ſunt fructus
male arboris. Secularis generatio eſt: in
acquiſitione prediorum: in celſitudine po
tentie:et extenſiõe nominis: ſicut dicitur.
Uocauerunt nomina ſua in terris ſuis.
Iſte generationes:vt dicit Origenes: nõ Origenes
ſunt ex iſrahelitica nobilitate. Hi ſunt la-
quei diaboli:rethia chriſtiane anime: ma-
chine aduerſarij:que virtutum muros cõ-
cutiunt. Spiritalis vero generatio eſt: de
qua dicit apl's. Fructus ſpiritus eſt:chari
tas:pax:gaudium in ſpiritu ſancto: ꝛc̃. q̃

XVII ſunt fructus bone arboris. Hoc ſemine he
reditam⁹ terram viuentium. Hi ſunt ma-
ſculi noſtri: quos ſuperſtes pharao vſqȝ in
hodiernum diem nititur extinguere affli-
gens nos luto .i. immūdis operibus ⁊ pa-
leis .i. leuitate cogitationuȝ: quibus quaſi
vento circumferimur. Vñ pſalmiſta plan
git dicens. Quamdiu ponaȝ conſilia ī ani
ma mea: dolorem in corde meo per diem.
Tranſite inquit. Duo ſunt que faciūt mu
ros inter nos et deum. Superfluus amor
noſtri: et vanus amor ſeculi. De hoc muro
dicit propheta. In deo meo tranſgrediar
murum. Tranſiliri poteſt murus hic in p̄-
ſenti: deſtrui non poteſt penitus. Tribus
mōis deſtruitur peccatum vt non regnet:
Ro.6: vt non ſit: aut eſſe non poſſit. Vt non reg-
net: poteſt hic eſſe. Vñ apl's dicit. Nō reg
net peccatū in veſtro mortali corpore: duo
alia ſcȝ: vt nō ſit nec eſſe poſſit: erūt ī futo.

Dñica .xj. Scd'm Lucam.

R d Ixit dñs ieſus ad quoſdaȝ
qui in ſe cōfidebant tanq̄ iu
ſti: et aſpernabātur ceteros
parabolam iſtam. Duo ho
mines aſcenderūt in templuȝ vt orarēt.
vnus phariſeus: ⁊ alter publican⁹. ⁊c̄.
Aſcenderunt inquit. q: aſcenſus templi .xv. gra
duum erat. Diligenter oſtendit nō ex operibus
eſſe gloriandum. ſed humiliter ī gratia confidē-
dum. Publicanus ptinet ad humilitateȝ eccle-
ſie. phariſeus ad nequitiaȝ ſuperbie. Phari-
ſeus ſtans hoc apud ſe orabat. Deus
gratias tibi ago. q: non ſum ſicut ceteri
hominum: raptores: iniuſti: adulteri: ve
lut et hic publicanus. Quattuor ſunt ſpeci
es quibus omnis tumor arrogantium demon-
ſtratur. Cum aūt bonuȝ a ſemetipſis habere ex
iſtimant. aut ſi deſuper datum credant pro me-
ritis ſuis datum ſibi. aut cum iactant habeꝛ qd̄
non habent: aut deſpectis ceteris ſingulariter.
volunt videri habere quod habent: vt iſte phari
ſeus. Unde abſqȝ bona actōne de templo diſceſ
ſit: q: publicano ſe iactanter pretulit. Ieiuno
bis in ſabbato: decimas do omniū que
poſſideo. Ezechiel dicit. animalia ſibi oſtenſa
fuiſſe oculis plena. q: ſanctorū actio vndiqȝ de-
bet eſſe circumſpecta. Sed nos ſepe dum aliјs
rebus intendimus: alias negligimus. Phariſe
us ad abſtinentiam ad miſericordiam oculum
habuerat. ſȝ ad humilitatiſ cuſtodiam nō habe-
bat. Et quid prodeſt ciuitatem cuſtodiri ſi vnuȝ
foramen relinquatur: vnde ab hoſtibus intreꝛ.
Et publicanus a lōge ſtās nolebat nec
oclos ad celū leuare: ſȝ pcutiebat pect⁹
ſuum dicens. Deus propicius eſto mi-
hi peccatori. Dico vobis deſcendit hic iuſtifi-
catus in domum ſuam ab illo .i. ad comparatio
nem illius vl' plus q̄ ille. quia ille apud ſe d̄ ope
ribus: hic vero apud deum ex fide iuſtificatus ē
A longe ſtare nec oculos leuare indicia ſunt hu
militatis quam deus de ꝓpe aſpicit. Iſte cōſciē
tiam premit ſed ſpē ſubleuat: pectus percutit
penas de ſe exigens. vt deus parcat confiteꝛ: vt
deus ignoſcat: ignorat deus quod iſte agnoſcit.
Tundere aūt pectus quid eſt niſi arguere quod
latet in pectore: et euidente pulſu occultum ca-
ſtigare peccatum. Typice phariſeus iudeoꝝ eſt
populus: qui ex iuſtificationibus legis extollit
merita ſua: et ſuperbiendo recedit. Publican⁹
vero gentilis qui humiliter peccata ſua confeſ-
ſus appropinquat deo et exaltatur. Quia om-
nis qui ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humili
at exaltabitur. Et de vtroqȝ populo prefato ⁊ d̄
omni ſuperbo vel humili recte poteſt intelligi: ſi
cut et illud quod alibi legimus. Ante ruinā ex-
altabitur cor: ⁊ ante gl'iam humiliabitur. Quo-
propter et de verbis elati pharisei quib⁹ humi-
liari meruit. poſſumus ex diuerſo formam hu-
militatiſ qua ſublimemur aſſumere: vt ſicut ille
conſideratis et peioꝝ vitiјs et ſuis virtutibus ē
elatus ad ruinam: ita nos vt noſtra ſolum pigri
tia ſed et meliorum virtutibus inſpectis humi-
liemur ad gloriā. quatinus vnuſqſqȝ hec apd̄ ſe
ſupplex ac ſubmiſſus obſecret Deus omīpotēs
miſerere ſupplici tuo. q: non ſum ſicut innume
ri ſerui tui contēptu ſeculi ſublimes: iuſticie me
rito glorioſi: caſtitatis laude angelica nitidi: ve-
lut etiā multi illoꝝ qui poſt flagicia publica pe-
nitendo tibi meruerūt eſſe deuoti. Qui etiam ſi
quid boni tua gratia largiente fecero: quo fine
hec faciam quaue a te diſtrictione preſenter ig-
noro. Sed pretereundum non eſt: quid ſit qd̄ le
gitur. q: ſalomon ad honorem domini templuȝ
edificauerit. ad quod .xv. gradibus aſcendebaꝛ
⁊ hoc nō vacat a miſterio. Templum enim illd̄
prefigurabat templum illud quod in celeſti hie
ruſalem edificat domin⁹ ex viuis lapidibus: ad
quod quaſi .xv. gradibus aſcenditur. Quindecī
enim numerus eſt: ⁊ conſtat ex ſeptenario ⁊ oc-
tonario. Septenarius vero hec terrena ſignifi-
cat: que voluuntur ſeptenario numero. Quib⁹
ſpretis et contemptis aſcenditur ad templum
domini per octogenariuȝ numerum .i. p celeſtia
que per octo beatitudines acquiruntur. Vel q:
ſunt ſeptem criminalia vitia poſſunt intelligi p
ſeptenarium numerum que quiſqȝ debet cōtem
nere qui ad templum dñi vult aſcēdere. quomō
debet aſcendere per octo beatitudines que intel
liguntur per octauum numerum.

Expoſitio de eodem.

Y b Eatus vir cui non imputauit dñs
peccatum. Qui hic peccata ſua la Ps.31.
chrymis abluit: elemoſynis redi-

mit huic dñs eã ĩ futuro nõ imputabit: q̃ꝛ
ipſemet ea hic puniẽs dãnauit. Qui autẽ
nõ cogitat quid iã fecerit: ſ; q̃d adhuc fa
cere poſſit: hic ꝓuocat dei vindictã: quia
qui diligit iniq̃tatẽ: odit aniam ſuã. Et q̃
aiam ſuã odit: deũ vtiq; odit: hui⁹ iniq̃tas
inuenieť ad odiũ. Sunt pleriq; in pecca-
tis ſordidi q̃ ſe iuſtos reputant: ꝛ alios ve
lut peccatores damnãt. Horꝫ ꝑuicaciã dñs
hodierno euangelio repꝛimit: ab eis aũt de-
Luce. 18. ſpectos ad ſpem venie erigit. Narrat q̃p-
pe duos in templũ hieroſolymis cã orõis
aſcendiſſe: vnũ phariſeũ ſ; iudeoꝝ cleri-
cum: aliũ publicanũ fuiſſe. Phariſeus al-
tare ap ꝓpinquãs man⁹ ꝛ oculos ad celũ
eleuãs: deo grates retulit: q; alijs hoibus
diſſimilis fuerit: q̃ raptores: iniuſti: adul
teri forent: vt ille publicanus q̃ retro aſta
ret: bis ĩ ebdomada ieiunaret: decias oĩm
rerum ſuarũ daret. Publican⁹ aũt ĩ angu
lo q̃dã latebat: ꝛ oclos ad celũ leuare ñ au
debat: pectus tantũ ꝑcutiebat: deũ ſibi ꝓ-
pitium fieri petebat. Deinde dicit dñs q̃ꝺ
pctã cõfitens deſcenderit iuſtificat⁹: facta
aũt ſua iactãs abierit repꝛobat⁹: q̃ꝛ omnis
ſe exaltãs humiliabiť: ꝛ ſe humiliãs exal-
tať. Ideo dilectiſſimi cũ ad orõnẽ cõueni
tis: nõ bene facta vr̃a iactare: nec alios dã
nare: ſed vosipſos accuſare: alios oẽs iuſtoſ
reputare debetis. Anĩas vr̃as in ꝯſpectu
dei humiliare: ipm oꝛe ꝛ coꝛde inuocate:
et in die tribulationis vos liberabit ꝛ ſuꝑ
inimicos vr̃os exaltabit. Pꝛohibete lin-
guã vr̃am a malo: ꝛ labia vr̃a a dolo: quia
ex verbis ſuis q̃ſq; iuſtificabiť: et ex verb
ſuis condemnabiť. Qui ita oꝛat ſicut dñs
docuit: hũc dñs exaudiet: q̃ vero aliť oꝛat
hui⁹ orõ ĩ pctm̃ fiet. Vite neceſſaria ꝛ gau
dia eterna petite: ꝛ dabit vobis pr̃ vtraq;.
Multi oꝛãt ꝛ nõ impetrãt: ſed orõ eoꝛum
erit execrabilis: q̃ꝛ aurẽ ſuã auertũt a cla
moꝛ pauꝑis. Nõ eni oĩs q̃ dic̃ ei dñe dñe ĩ
Math. 7. trabit in regnũ celoꝝ: ſed q̃ facit volũtatẽ
pr̃is eius ipſe intrabit in regnũ celoꝝ. Vo
luntas pr̃is eſt vt in nob peccantibus di
mittamus: ꝛ rebus nr̃is opẽ indigentib⁹
feramus. Per hec petitões coꝛdis noſtri
impetrabimus: per hec regnum celoꝛũ in-
trabimus. Per duos homĩes qui ĩ tem
Z plũ aſcẽdiſſe leguntur: duo populi: iudai-
cus ſ; et gẽtilis intelligũtur. Phariſeus
Luce. 18. qui ad altare accedebat: eſt iudaicus po-
pulus: qui ſanctuarium et archam habe-
bat. Hic merita ſua in templo replicat: q̃ꝛ XVII
de obſeruantia legis in mundo ſe iactat
Non erat ſicut ceteri hominũ: q̃ꝛ circumci-
ſione diſcretus erat a ꝑplio nationum. Gẽ-
tiles raptores erant. q̃ꝛ bona domini quaſi
per vim rapiebant: dum ei de collatis bñfi
cijs debitũ ſeruicium nõ reddebant. Iniu
ſti extiterant: dũ creatoꝛe ſpꝛeto: creaturã
colebant. Adulteri erant: dum vero ſpõſo
deo deſerto: cũ demonibus ſe polluebãt.
Iudei quoq; raptores erant: qui ſibi meri
ta iuſtoꝛum vſurpabant. Rapina nanq; ẽ:
laudem velle iuſti habere: ꝛ ſanctitatẽ iu-
ſti imitari nolle. Vnde ſcriptum eſt. Non
rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo.
Quã equalitatẽ dũ pꝛimus homo rapere
voluit: a beatitudine coꝛruit. Iniuſti exti
terant: dũ nec deo ſua: nec homini ſua ſol-
uebant. Adulteri fuerant: dum lege nobĩ
ſponſa abiecta cũ ydolatria ſe commacula-
bant. Per ſeptimanam omĩe tempus intel
legiť: q̃ꝺ ſeptem diebus voluitur. Bis ĩ
ebdomada ieiunat: qui opere ꝛ voluntate
malũ declinat. Decimas dat omniũ q̃ poſ
ſidet: qui decalogum legis per decem ſen-
ſus coꝛpoꝛis implet. Quinq; nanq; dupli
cata decem faciũt: vt duo oculi: due aures:
ꝛ cetera. S; iudei malum actu ꝛ voto ope
rabantur: p̃cepta dei cunctis ſenſibus trãſ
grediebantur. Publicanus q̃ a longe ſta-
bat: eſt gentilis populus: qui a cultu dĩ ꝓ
cul erat. Oculos ad celum non leuabat. q̃ꝛ
terrenis tantũ inhiabat. Pect⁹ ꝑcutiebat:
dum erroꝛem ſuũ ꝑ penitentiam deflebat.
Et quia ſe ꝑ confeſſionem humiliabat: ds
illũ ꝑ veniam exaltabat. Et nos ergo cha-
riſſimi a longe ſtemus: vt nos dominicis ſa
cramentis et ſanctoꝛũ conſoꝛtio indignos
iudicemus. Oculos ad celum non leuem⁹
vt nos indignos celo reputemus. Pectus
tundamus: vt cõmiſſa fletib⁹ puniamus.
Ante deum ꝓcidamus: coꝛam domĩo q̃ fe-
cit nos ploꝛemus: vt ipſe planctum noſtrũ
in gaudium conuertat: ꝛ sciſſo ſacco triſti-
cie leticia nos inducat. Non ſimus rap to-
res. q̃ꝛ rapaces regnũ dei non poſſidebũt.
Nullius rem concupiſcamus: nullius lau
dem meritis noſtris indebitã nobis aſcri-
bamus. quia hec facientes: erunt raptoꝛũ
conſoꝛtes. Non ſimus iniuſti. quia iniqui
regnum dei non conſequentur. Deum dili
gamus: pꝛoximis noſtris neceſſaria impẽ-
damus. Non ſimus adulteri: quia foꝛnica

XVII tores τ adulteros iudicabit deus. Rectaꝫ fidem ſeruemus: ad nullam hereſin declinemus. qꝛ hoc ſpiritalis fornicatio appellatur: τ deus perdet omnem qui ab eo fornicatur. Bis ī ebdomada ſcꝫ. iiij. et. vj. feria ieiunemus. qꝛ ſi hoc fecit phariſeus: m̄lto magis nos facere debemus. Et ſi cibis minime abſtineamus: cor a mala voluntate: manus a praua actione contineamus. Decimas omnium rerum noſtrarū deo dem⁹. qꝛ ſi hoc fecit iudeus: multomagis debet hoc facere chriſtianus. Non ſolum chariſſimi ſacri apices ad vitam eternam nos ducunt: ſed etiam gentilium littere nos inſtruunt: de quibus quedam ad edificationem preferenda ſunt. Et vt nemo inde ſcādalizetur ſacra auctoritate exemplificetur

Exo. 3. Filij quippe iſrael egyptios ſpoliauerunt aurum: argentum: gemmas: veſtes precioſas tulerunt: que poſtea in donaria dei ad conficiendum tabernaculum obtulerunt. Dum vero ipſi de egipto exierunt: omnia templa ydolorum corruerunt. De egypto exeunt: τ ad terram repromiſſiōis tēdūt: qui hoc ſeculum deſerunt: τ ſe ad ſanctam conuerſationem transferunt. Tunc nanqꝫ delubra diſſoluuntur. qꝛ ipi q templa vitiorum erant: a peccatis deſtruuntur. Jam enī dei habitaculum eſſe incipiunt: τ ideo malignus ſpiritus in eis manendi locum

di. 37. §. Sꝫ ecōtra τ 14. q. 5. dixit dn̄s. diutius habere non poterit. Qui egyptios deſpoliant: dum ſecularia ſtudia in ſpiritale exercitium commutant. Ad faciēdū tabernaculum ea offerunt: dum philoſophica argumenta ad edificationem eccl'ie proferunt. Aurum egyptiorum donāt: dū per ſecularem ſapientiam ſpiritalem diſciplinam ornant. Argentuꝫ egyptiorum offerunt: dum ſecularem eloquentiā ad vtilitatem eccleſie conuītunt. Gemmas illorum donant: dum ſententias bene ꝓlatas ad exhortatōnem proximorum narrāt. Veſtes eoꝝ offerunt: dum exempla gentilium ad

2. thi. 2. imitationē fratrib⁹ referūt. Jn magna eñ domo non ſolum vaſa aurea et argentea: ſꝫ etiam ferrea τ fictilia ſūt neceſſaria. Dom⁹ magna eſt eccl'ia. Vaſa aurea et argentea: ſunt ſacre auctoritatis volumīa: Vaſa ferrea et fictilia: ſunt ſeculariuꝫ ſcripta ad exteriora neceſſaria. Sicut enī aurū per ferꝝ ſplendeſcit: ſic ſacra ſcriptura per ſeclares

1. eſdre. 1. diſciplinas fulgeſcit. Traditur etiā ꝙ reuſi a captiuitate templum dei reedificauerint per pecuniam quā apud babiloníam acquiſierint. Apud babilonios captiui tenentur: qui a fide catholica deuiātes: apō hereticos vel a ſancto propoſito apoſtatātes apud ſeculares in captione demonum habentur. Qui ſi deo ꝓpicio ad hieruſalem ſcꝫ ad matrem eccleſiā reuerſi fuerit: τ vtilia que foris didicerint ad edificationem ꝓximoꝝ ꝓtulerint ꝓfecto templum deo ex pecunia conſtruunt: quam apō babilonios lucrati ſunt. Jn lege quoqꝫ ꝑcipitur ſi populus ciuitatem obſideret: τ aliquis puellam pulchram apud hoſtes conſpiceret: vngues: et crines ei⁹ preſcideret: poſtea vxorem duceret. Ciuitatem obſidemus: dum aliquam per hereſim vel errorē gentilium ſcriptis vel diſputatione inpugnamus. deut. 21. Puellam pulchraꝫ apud eos cōſpicimus: dum aliquam ſententiam bñ ab eis prolatam inuenimus. Cui debem⁹ vngues et crines preſcidere: τ ſic nobis cōiūgere. qꝛ ſuperflua et contra fidē poſita debemus ſpernere: bene aūt dicta: et fidi nr̄e minime contraria ad inſtructionē fideliuꝫ libris noſtris intexere. 9 Scribunt itaqꝫ philoſophi: ꝙ mlier rota īnexa iugiter circumferatur: cuius caput nūc in alta erigatur: nūc in ima demergatur. Rota hec que voluitur eſt gloria huius mūdi: que iugiť circumfertur. Mulier rote innexa: eſt fortuna glorie intexta. Huius caput aliquando ſurſum: aliquādo fertur deorſum. quia pleriqꝫ multotiens potentia τ diuitijs exaltantur: ſepe etiā egeſtate et miſerijs humiliantur. Dicunt etiam ꝙ quidā apud inferos dānatus: ꝑ radios rote ſit diuaricat⁹ que rota ſine intermiſſione ab alto montꝭ in ima vallis feratur: τ iteruꝫ alta repetēs denuo relabatur. Ferūt etiam ꝙ quidam ibi ſaxum in altum montis euoluat: ac pōdus ſaxi voluentē de vertice montis ꝑcipitem pellat: rurſumqꝫ miſer ſaxum in altuꝫ reuoluat. Tradūt iterū: ꝙ cuiuſdam iecur ibi vultur excedat: ꝙ iā conſumptum: iterū recrudeſcat. Hec qꝛ ſapiens ratio cōpoſuit: debet ſcire veſtra dilectio qd velint. Jo qui in rote vertigine de monte in ima ꝑcipitatur: eſt ille qui de altitudine poteſtatis vel diuitiarum in profundū baratri preceps rotatur. Qui autē ſaxum in montem euoluit: qd ipm mox reuoluit: eſt is q cum magna difficultate dignitates: vel q̄libet cupita aſſequitur: τ per eadem ad ima

inferni dimergitꝛ. Cuiꝰ ꝯo iecur vultur ve
ſcitꝛ: ⁊ denuo reuireſcēſ fertꝛ ē is ꝯ cuiꝰ cordꝫ
luxuria paſcitur ⁊ expleta ꝯcupiſcētia: ite
rū̄ feda libido renaſcitur. In iecore enī eſt
ꝯcupiſcētia: vultur vero amat mortuorꝫ
cadauera. De hac peſte iteꝝ dicūt ꝙ medu
ſa egregia forma plurimos ad amorēꝫ ſui
incitauerit: que omēs ſe intuentes in ſaxa
cōmutauerit. De huiꝰ facie ſe perſeꝰ chri
ſtallino clipeo ꝓtexit: eāꝗ falcato enſe in
teremit. Hec femina eſt luxuria ꝙ ſe formo
ſam fingit ꝑ hoīm pectora. Sed ſe inſpici
entes in lapides cōmutat: qꝛ corda libidi
noſoꝝ ꝑ dilectionē indurat. Ab hac ſe per
ſeus criſtallino clipeo ꝓtegit. qꝛ vir fortꝭ
ſpeculū virtutū intendēs ab huiꝰ intuitu
vultū cordis auertit. Falcato enſe eā inte
rimit: qꝛ timore eterni ignis eā a ſe abſci
dit. Inde legitꝛ ꝙ ꝗdam patrū paruulꝫ
filiū in heremo nutrierit: quē adultū luxu
ria titillauerit. Pater autē iuſſit eū in he
remū ſecedere et ſolū ieiunijs ⁊ orōnibus
xl. diebꝰ vacare. Expletis vero. xx. diebꝰ
vidit tetrā ⁊ nimis fetidā mulierē nudam
ſuꝑ ſe irruere: cuiꝰ fetorem ferre nō valēs
cepit a ſe repellere. At illa cur inꝗt me in
terim exhorreſcis: cuiꝰ amore tantū inar
deſcis. Ego enī ſum luxurie imago: ꝙ dul
cis in hoīm cordibꝰ appareo. Et niſi patri
tuo obediſſes: ſicut ⁊ alij a me ꝓſtratus eſ
ſes. Ille ḡ grates deo retulit: qui eū a ſpū
A fornicationis eripuit. Multa alia exēpla
deducunt nos ad vite itinera. Legitꝛ ꝙ
quidā patrū egreſſus: vidit quendā ethio
pem in ſilua ligna ſuccidentē: ac ligata le
uare temptantē. Que dum viderentꝛ gra
uia: diſſoluens auxit onera. Et cum tunc
magis eſſent oneroſa: addens fecit ea im
portabilia. Que dum tollere nititur: a pō
dere opprimitur: Ille aūt progreſſus vidit
vbi quidā aquā in vas fundebat: que infu
ſa ſubtus effluebat: quia vas fundum non
habebat. Vlterius ꝓgreditur: ⁊ ecce duo
viri porte ciuitatis appropinquabant: qui
lignū transuerſum ante ſe ferebant: ⁊ neu
ter alteri volens cedere ambo foras rema
nebant. Ethiops qui auget onus lignorū
eſt is qui ſemper cumulat pondus pecca
torum. Et cū vix ſufficeret tempꝰ ad emē
danda tranſacta: ſemꝑ infelix nō ceſſat ad
dere recentiora: viꝗ dum deſperationem
incidens penitentiā non meretur: ſed mo
le criminū in mortē deprimitur. Ille autē
qui aquam vaſi fundo carenti immittit: ē XVIII
is qui elemoſinas vel alia aliqua bona cō
mittit: ſed ea ꝑ immundiciā vel alia vitia
amittit. Unde ſcriptum eſt. Congregauit
pecuniā: et miſit eā in ſaccum ꝑtuſū. Pe
cuniā in ſacculū ꝑtuſum congregat: ꝙ bo
na quidē ꝑpetrat: ſed ea prauis operibus
coinquinat. Qui vero ligna ferebant trāſ
uerſum ſunt hi qui ferunt graue iugum ſu
perbie. Qui dum alterutrū cedere nolūt:
portam celeſtis ciuitatis ingredi nō pote
runt. Qui autem ſuaue iugum dñi ceruī
cibus ſuis imponunt: ⁊ leue onus tollunt:
hi portam ſuperne vrbis intrabunt. Ad
hanc chariſſimi toto corde ſuſpiremus: to
tis viribus properemus: quatinus puteū
non habentem euadamus: ⁊ hoſtiam lau
dis domino in atrijs hierūſalēꝫ ſacrificare
valeamus. Vbi oculus non vid.

De verbis dauid. Aſcenſiōes in corde.
a Scenſiōes in corde ſuo diſpoſuit. B
⁊c. Homo tres deſcenſorios gradꝰ
ruine incurrit. Primus eſt prope pš. 83.
voluntatis preſumptio. Secundus carna
lium illecebrarū abuſio. Tercius: fallax tē
poralium affectatio. Eadem via qua deſcē
dit: aſcendere debet reciprocis greſſibus:
ſꝫ concurſo ordine: vt primꝰ gradꝰ ſit aſcē
ſionis: ſecularibus abrenūciare. Secūdus
carnem mortificare. Tercius: ꝓpriam vo
lūtatem abicere. Iſte ſūt tres diete: quibꝰ
ad chriſtū redimꝰ. Vñ moyſes: viam inꝗt Exo. 8.
triū dierum ibimus in deſertū: vt ſacrifice
mus domino. Sꝫ abrenunciātibus ſeculo:
⁊ ad chriſtum redeuntibꝰ: cōfeſſio pura et
fidelis agenda eſt. Vñ apſs. Fidelis ſmo
⁊ omni acceptione dignus. qꝛ chriſtus ie
ſus venit in hunc mūdum peccatores ſal
uos facere. Peccator alius vero corde fide
li ſermone peccata confitetur. De quo di
citur: Beati quoꝝ remiſſe ſūt iniquitates.
Alij ſūt qui ſe excuſant: de quibus dñs per
prophetā. Plui inquit ſuꝑ ciuitatē vnam:
et ſuꝑ alteram nō plui: hoc eſt deuotā ani amos. 4.
mam ꝑ verbū doctrine compūctā irrigaui:
duram et obſtinatā ī peccato reliqui. Alij
partē de peccatis ſuis cōfitentur: de quibꝰ
pars quā cōfitentur cōpluta eſt verbis do
ctrine vel cōfeſſiōis: ⁊ pars incompluta re
manet. Precepit deꝰ filijs iſrael: vt ingre
dientes terram repromiſſionis: hoſtes om ioſue. 26.
nes interficerēt. Si ꝗ remāſerint inquiēs
erūt vobis quaſi claui in oculis: ⁊ quaſi lā

XVIII cee in lateribus vel in coſtis. Per confeſſionem enim de egipto: id eſt de mūdo egredientes: terram repromiſſionis ingredimĩ .i. celeſtē patriam: ſi vitia vſq; ad vnū occidimus: q̄ ſuperfuerit: erūt nobis quaſi claui in oculis: et quaſi lancee in coſtis. Hoc ē impedimenta bone intentōnis ſiue tormētum in ꝯſcientia: vt per hec et fortia ꝟtutū diſſipentur opera quibus infirmiora nr̃a quaſi coſtis interiora contecta muniūtur. Sed oportet ſcire: qua via et quo viatico vtendum ſit. Trāſeundum igitur eſt ꝑ iericho .i. per defectum huius vite. Jericho enī luna interpretatur. Et ſicut luna nūc caua: nūc plena cernitur: ita ħ alij paupes alij diuites. Hec myſtica iericho ſeptē muris munita eſt. (Ioſue. 6.) Quorum prim⁹ eſt ſupbia accidia: ⁊ cetera vitia ſibi coherentia. ſcd̃s inuidia. tercius ira. quartus triſticia. qn̄tus auaricia: ſingule cum coherentibus ſibi vitijs et peccatis: ⁊ hec quidē vitia ſūt anime: alij vero duo ſunt corporis: caſtrimargia: et luxuria. Hec oīa ꝑcipiunt mortificari volentib⁹ intrare et ꝑuenire ad terram repromiſſionis: nec intrabit quis niſi tranſeat iericho per locū ſibi oppoſitum ingrediens. qꝛ deſtructa ſuperbia humilitati fit ingreſſus. Inuidie charitas: ire patientia: luxurie caſtitas: auaricie largitas. caſtrimargie abſtinentia oppoſita eſt. Hec ergo via eſt: qua ad celeſtem patriam tendimus. Viaticum eſt corpus et ſāguis domini. Quo qui caret: ad deſtinatum locuꝫ non peruenit: aut magis inde diſcedit. Sed quia quidam mendicant quibus nō datur ait ſalomon ꝓpter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo eſtate: ⁊ nō dabitur ei. Quod eſt dicere. (Puer. 20.) Propt̃ hoc ſcl̃m reprobus quiſq; bonis actib⁹ exerceri noluit: mendicabit ergo in vltime diei claritate ſtipem ſalutis eterne: ⁊ nō dabitur ei. Hyems enī preſens ſcl̃m intelligit: vbi qꝛ habundat iniquitas: refrigeſcit charitas: eſtas aūt dies iudicij vbi electis quaſi bonis operarijs de agricultura ſua meſſis ꝑpetue ſalutis redditur.

De iactantia.

L t Am in dictis q̄ in factis eſt cauenda iactantia: flenda eſt tamen ruina velle ſibi quenq; magis q̄ deo placere: ⁊ laudem ab hominibus comparare. Vanus et erroris eſt animus plenus famam appetere: ⁊ ad capiēdā terrenā laudem ſtudiū dare. Circumſpice temetipſuꝫ o homo: nihilq; tibi arroges q̄ in te ſūt preter peccatū. Nō declinet ad dexterā: qui ſi ſibi ſed deo tribuit bona que agit: neq; ad ſiniſtram ſe vertit: qui de diuina indulgentia peccandi licentiam nō ꝑſumit. Hoc eſt (Eſaie. 30.) qd̄ ꝓpheta ait. Hec via ambulate in ea: neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Verum eſt ꝙ natura expectat delectari in laudib⁹ ſed tunc recte ſi in deo nō in ſe quiſq; laudet. Sicut ſcptum eſt. In dn̄o laudabitur anima mea. Sepe vanā gl̃iam cōtemnēdo in aliud genus elationis inciditur: dum in ſe quiſq; gloriatur ꝓ eo ꝙ cōtempſerit ab hominibus laudem. Quibuſdā cōceſſum eſt tm̄ bn̄ agere: ⁊ fructū boni opis ñ habere: quē ipi ſibi auferūt ꝑ ſtudium humane iactantie. Semꝑ ſuā aſpiciāt feditatē: qui vane glorie fauores diligunt: ⁊ perdidiſſe bonū ſe op⁹ doleant: quod ꝓ humana oſtētatione fecerūt. Amator vane gl̃ie: dū poſſit ſemꝑ laudari: agere nō quieſcit: ⁊ ſubinde illi vires vanitatis prauus appetit⁹ auget. Boni operis inchoatio nō debet palā citius ad hoīm cognitionē venire: ne dum boni inchoatio humanis oculis reſeratur: a virtute perfectionis inaneſcat ceptio ſanctitatis. Ante maturitatis enī temp⁹: meſſes florentes cito pereūt: ſeminaq; inutilia fiūt. Virtutes ſctōꝝ ꝑ oſtentatōnis appetitum: dominio imundoꝝ ſpirituum ſubiciuntur. Sicut ezechias rex q̄ diuitias ſuas (Eſaie. 39.) chaldeis ꝑ iactantiā ꝑdidit: ⁊ ꝓpterea perituras ꝑ prophetam audiuit: vt ſigĩcaret dei ſeruum virtutes ſuas dū ꝑ vane glorie ſtudiū ꝑdiderit ꝑdere: ⁊ ſtatim demones ſuoꝝ opm̄ dn̄os facere: ſicut ille ꝑ oſtentationem chaldeos rerum ſuarū dominos fecit. Optima eſt illa diſcretio: vt ⁊ nota ſint opera noſtra ad audiendam dei gloriam: ⁊ occulta ꝓ vitanda laude humana. Ille enī debet publicare bona que agit: qui tam ꝑfecta humilitate fundatus eſt: vt nulla iā elatione contingatur. Nam is qui ſe intelligit adhuc amor̃ laudis pulſari: facta ſua bona in occulto agat: ne forte quod egerit perdat. Interdum viri ſancti dum cupiūt funditus ſuam mutabilitatē corrigere: aliquando tanguntur tumore elationis ſue: conſcij actionis ſue: ſed ab huius abreptionis malo humilitatis compunctōne purgantur. Viri ſancti nonnūq; quoſdam de ſe

audientes inſtruunt: ꝛ tamē in his alta cō
ſideratione ſe cuſtodiunt: nec dum alios a
terrena intentōne erigūt ipſi in terrene lau
dis appetitu dimergantur. Quidam ꝑ in-
cautam virtutum iactantiā relabuntur ad
vitia: ꝛ quidā dum vitioꝝ impulſū frequē
ter plangūt: de infirmitate validi⁹ per hu
militatem conualeſcunt. Plerumq̄ vtile
eſt arrogantibus deſeri a deo: quatin⁹ ſue
infirmitatis conſcij ad humilitatem rede-
ant: ꝛ humiles poſt caſum exiſtant. Nōnl-
li falſa opinione arrogantie ſe eſſe perfec-
tos exiſtimant: dū nō ſint. q2 obortis tēp
tationibus innoteſcunt. Quāto quiſq̄ ſit
veritati vicinioꝛ: tanto longi⁹ ſe eſſe ab ea
arbitretur. Hoc enī humilitatis eſt: que deo
hominem iungit. Ceterum iactantia ocu-
los quibus deus videri poterit diuidit.
Sicut ſolis radius dum conſpicitur: acies
oculi ebetatur: ſic et qui immoderate alti-
oꝛa ſibi ſcrutatur ab intentōne veri obtun
ditur. Sicut aquila ex alto ad eſcas conla-
bitur: ſic homo de alto bone conuerſatōis
per carnalem appetitū ad inferioꝛa demer-
gitur. De compunctione.

Compunctio coꝛdis eſt humilitas
mentis cum lachꝛymis: exoꝛiens
de recoꝛdatione peccati: ꝛ de timo
re iudicij. Jlla eſt conuerſis perfecta com-
punctionis affectio: que om̄es a ſe carnali-
um deſiderioꝝ affectus refellit: ꝛ intentio
nem ſuam toto mentis ſtudio in dei cōtem
plationem defigit. Geminam eſſe compū-
ctionem qua propter deū aīa cuiuſq̄ ele-
cti afficitur: id vel dū operum ſuoꝛum ma-
la conſiderat: vel dū deſiderio eterne vite
ſuſpirat. Quatuoꝛ eſſe qualitates affectio
num: quibus mens iuſti tedio ſalubꝛi cō-
pungitur. Hoc eſt memoꝛia preteritoꝛum
facinoꝛum recoꝛdatione futurarū penarū
conſideratōne peregrinationis ſue in hu-
ius vite longinquitate: deſiderio ſupne pa
trie: quatinus ad eam quantocius valeat
peruenire. Quiſquis peccatoꝝ memoꝛia
compungitur ad lamenta. Tunc dei ſuus
ſe viſitari ſciat p̄ preſentia: quando id qđ
ſe amiſiſſe recolit interius erubeſcit: ſuoq̄
iudicio penitendo iam punit. Nam tunc
petrus fleuit: quando in eum chꝛiſtus re-
ſpexit. Vñ et pſal. Reſpexit inquit: ꝛ com
mota eſt: et contremuit terra. Greſſus dei
ſunt in coꝛde hominis interioꝛis: qua bo-
na deſideria ſurgunt: vt calcent mala. Qñ
ergo iſta in coꝛde hominis fiunt: ſciendum
eſt tunc eſſe deum per gratiā cordi huma
no preſentem. Vnde ſe tunc magis homo
accuere ad compunctionem debet: quādo
ſentit et deum interius operantem. Quo
mens hominis iuſti ex vera compūctione
rapitur: et qualiter infirmata reuertatur.
Deguſtata lucis magnitudine illum noſſe
poſſe qui iā aliquid exinde guſtauit. Sūt
qui nec ex vera coꝛdis compūctione ſui ac
cuſatoꝛes fiunt: ſed tantū ad hoc ſe eē pec-
catoꝛes aſſignant: vt ex ficta humilitate cō
feſſionis: locum inueniant ſanctitatis. Ex
eo vnuſquiſq̄ iuſt⁹ eſſe incipit: ex quo ſui
accuſatoꝛ extiterit. Multi autē contra ſe-
metipſos peccatoꝛes fatentur: ꝛ tamen ſe-
metipſos a peccato non ſubtrahunt. Mag
na iuſticie pars eſt ſeipm̄ noſſe hominem:
q̄ paruus eſt: vt ex eo diuine virtuti ſub-
datur humilius: ex quo ſuam infirmitatē
agnoſcit. Bene ſe iudicat iuſtus in hac vi
ta: ne iudicetur a đo damnatōe perpetua.
Tunc autē iudicium de ſe quiſq̄ ſumit: q̄ſi
per dignam penitentiam ſua praua facta
condemnat. Amaritudo penitentie facit
animum ꝛ ſua facta ſubtilius diſcutere: et
dona dei que contempſit flendo cōmemo-
rare. Nihil autem peius eſt: q̄ culpam ag
noſcere nec deflere. Duplicem debet habe
re fletum in penitentia om̄is peccatoꝛ: ſiue
quia per negligentiam bonum non fecit:
ſeu q2 malum per audaciam perpetrauit.
Quod enī opoꝛtuit non geſſit: ꝛ geſſit qđ
agere non opoꝛtuit. Jlle penitentiam dig
ne agit: qui reatum ſuū ſatiſfactōe legitti
ma plangit: contemnendo ſcʒ hec que de-
flendo geſſit.

Dominica duodecima. S. mar.

Exiens ieſus de finibus tyri
venit per ſydonem ad ma- marci. 7.
re galilee. quod eſt inter me
dios fines decapoleos. ꝛc.

Decapolis eſt regio decem vrbium tranſioꝛda-
nē ad oꝛientē circa hyppū et pellā et gadarā con
tra galileā. Qđ ergo dicit. q2 dñs venit ad mare
galilee inter medios fines decapoleos nō ipſos
fines decapolis eū intraſſe ſignificat. Neq̄ enī
mare tranſnauigaſſe dicit. ſʒ potius vſq̄ ad ma
re veniſſe: ꝛ ad ipm̄ ꝑueniſſe locum q̄ medios fi
nes decapolis longe tranſmare poſitos reſpicit
Jnter. i. cōtra. Vel galilee q̄ eſt inter medios fi
nes decapoleos. Et adducunt ei ſurdum ꝛ
mutum et depꝛecabantur eū vt impo-

XVIII nat illi manum. Et apprehendẽs eū de
turba ſeorſum: miſit digitos i auricl̃as
eius: et expuens tetigit linguam eius.
Et ſuſpiciens in celum ingemuit: et ait
illi. Effeta. quod eſt adaperire. Et ſtatī
aperte ſūt aures eius: et ſolutum ē vin-
culum lingue eius. et loquebatur recte.

Surdus et mut⁹ eſt: qui nec aures nec os ape-
rit ad audienda verba dei et ꝓnuncianda. Pri-
ma ſalutis ianua eſt: infirmū de turba ſeduci.
Quod fit cum apphendens dn̄s mentē peccatis
languidam: euocat a conſuetis moribus: ⁊ ꝓuo
cat ad ſua ꝑcepta. Mittit digitos in auriculas:
cum per dona ſancti ſpiritus aures cordis aperit
ad intelligentiam. Expuens dn̄s linguam tãgit
egroti: cum ad confeſſionem fidei ora cathezi-
zatoꝝ inſtruit. Sputum nanq̃ ſapor eſt ſapiētie.
Unde illud. Ego ex ore altiſſimi ꝓdiui. Suſpe-
xit dn̄s in celum: vt inde mutis loquelā. ſurdis
auditum: cunctis infirmis medelam doceret eē
querendā. Ingemuit vt daret nobis exemplum
gemēdi et p nobis ⁊ p ꝓximis. Effeta ꝓprie per
tinet ad aures. Unde ⁊ ſubditur. Et ſtatim ap-
te ſūnt aures eius. Hic notatur vtraq̃ redemp
toris natura. Celum ſuſpicit vt homo: curat ve
ꝰ. Qui ſic curatur: bene poteſt dicere. Domine
labia mea aperies: et os me. an. lau. tu. Alr. Ge
nus humanū tanq̃ vnus homo varia peſte ab
ſumptus in ꝓthoplaſto cecatur. Duꝫ videt: ſur
dus ſit: dum audit: dū adorat: emūgitur: obmu
teſcit: dum loquitur: mancus fit: dū manuꝫ eri-
git: incuruat: dum erigitur: ydropicus ſit: dū cō
cupiſcit: claudus: dum ꝓgredit: lepra ſuffundi
tur: dū nudatur. demone impletur. dū diuinita
tem appetit. morit morte: dum audacter excu-
ſat. Patriarche autē et prophete incarnationē
deſiderantes: miſericordie manum precant im
poni. Seinꝑ a turbolentis cogitationibus ⁊ ac
tis inordinatis ſermonibuſq̃ incompoſitis q̃-
ſi de turba deducitur qui ſanari meretur. Digiti
qui in aures mittūtur: ſunt verba ſpūſſancti. de
quo dicitur. Digitus dei eſt hic. Et opera digito
rum tuorum ſunt celi. Sputum de capite deſcē
dens eſt ſapientia ex patre. que ſoluit labia hu-
manī generis. vt dicat. credo in deum patreꝫ. ⁊c̃
Suſpiciēs in celum ingemuit. i. gemere nos do
cuit. et in celum theſaurū noſtri cordis erigere:
qđ poſt compunctionem a friuola leticia carnis
purgatur. vt dicitur. Rugiebaꝫ a gemitu cordis
mei. Aperiunt aures ad hymnos et cantica: et
pſalmos. Soluitur lingua. vt eructet verbū bo
num. qđ non poſſunt mine nec verba cohibere.
Uñ Paulus. Ego vinctus ſum. ſꝫ verbum dei
non eſt alligatum. Et precepit eis ne cui di
cerent. quanto aūt eis precepiebat tan-
to magis plus predicabant. ⁊ eo ampli
us admirabantur dicentes. Bene oīa
fec. et ſurdos fecit audire ⁊ mutos loq̃.
Non in virtutibus gl'iandum eſſe docuit. ſed i
cruce et humiliatione. Humilitas cuī ꝑcedit ſꝑ
gl'iam. Ordo verborum eſt. Quanto aūt eis ꝑce
piebat. tanto plus predicabant. Ciuitas eni in
monte poſita vndiq̃ circumſpecta abſcōdi nō
poteſt. Sciebat igitur qui omnia nouit anteq̃
ſiant. qꝛ magis ꝑdicarēt. ſed hoc precipiēdo vo
luit pigris oſtendere. Qto ſtudioſius. quantoq̃
frequentius ꝑdicare debeāt quibus iubetur vt
predicent. q̄ndo quidē illi qui ꝓhibebant. tace-
re non poterant.

## Expoſitio Gregorij de eodem.

Gregorius. Audiuimus verba dn̄i: Gregori⁹.
ſi facimus: ⁊ tunc ea recte ꝓximis
loquimur: cuꝫ prius ipſi fecerim⁹.
Quod bt̄ marcus euangeliſta confirmat
cum factum dn̄i miraculum narrat dicens
Adducunt ei ſurdum et mutum: et depre- marci. 7.
cabantur eum: vt imponat illi manum: cu
ius ordinem curationis inſinuat: cum ſub
dit dicēs. Miſit digitos ſuos in auriculas
expuens tetigit linguam eius: ⁊ ſuſpiciēs
in celum ingemuit: et ait illi. Effeta: quod
eſt adaperire: ⁊ ſtatim apte ſunt aures ei⁹
⁊ reſolutuꝫ ē vinculū lingue eius: ⁊ loque
batur recte. Quid eſt eñ q̄ creator omni-
um ds: cū ſurdū et mutū ſanare voluiſſet:
in aures illius digitos ſuos miſit: ⁊ expu-
ens: linguam eius tetigit: Quid ꝑ redēp-
toris digitos: niſi dona ſanctiſpūs deſignāt
Uñ cū in alio loco eieciſſet demoniū dixit
Si in digito dei eicio demonia: ꝑfecto per
uenit in vos regnū dei. Qua de re ꝑ euan
geliſtam alium dixiſſe deſcribitur. Si ego
in ſpiritu eicio demones: igitur peruenit i
vos regnum dei. Ex quo vtroq̃ loco colli
gitur: qꝛ digitus dei ſpirituſſanctus voca-
tur. Digitos ergo in auriculas mittere eſt
per dona ſancti ſpiritus mentem ſurdi ad
obediēdū aperire. Quid eſt vero q̄ expu
ens linguam eius tetigit: Saliua nobis ē.
ex ore redemptoris: accepta ſapiētia i elo-
quio diuino. Saliua quippe ex capite deflu
it in ore. Cum ergo ſapientia que ipſe eſt:
dum lingua noſtra tangitur: mox ad pre-
dicationis verba formatur. Qui ſuſpici-
ens in celum ingemuit: non q̄ ipſe neceſſa
rium gemitum haberet: qui dabat quod
poſtulabat: ſꝫ nos ad deum gemere q̄ celo
preſidet docuit: vt et aures noſtre ꝑ dona
ſpūs ſpiri: ⁊ ligua ꝑ ſaliuā oris. i. ꝑ ſciam di

uine locutionis ſolui debeat ad verba pre-
dicationis. Cui mox effeta: id eſt adaperi-
re dicitur: ⁊ ſtatim apte ſunt aures eius: et
ſolutum eſt vinculum lingue eius. Qua ī
re notandū eſt: qꝛ ꝓpter clauſas aures di-
ctum eſt adaperire. Sed cuius aures cor-
dis ad obediendum aperte fuerint ex ſub
ſequenti ꝓculdubio etiam lingue eiꝰ vin-
culum ſoluitur: vt bona que fecerit: etiam
facienda alijs loquatur. Unde et bñ addi-
tur: et loquebatur recte. Jlle enī recte loq̄
tur: qui prius obediendo fecerit: que loq̄n
do admonet etiā facienda. Aliter. Huma-
ni generis formam ſurdus ille ⁊ mutꝰ ha-
buit: que dñs vt ſanaret per fines decapo-
leos tranſiuit. Decapolis eſt regio decē ci-
uitatum: et ſignificat legem decem p̄cep-
torum. Per decapolim dñs tranſit: cū ſub
decalogo legis naſci voluit. Surduꝫ ⁊ mu
tum ei adducūt: cum predicatores genus
humanum ad fidem conuertunt. Qđ ſur
dum erat: qꝛ mandata dei audire nolebat:
Mutum erat: qꝛ a laude conditoris tace-
bat. Cui dñs auditum reddidit: duꝫ ei ad
intelligendas ſcripturas ſenſum aperuit.

De ſacerdotibus et ſex etatibus ſeculi.

G p Opulus ad fidē vocatꝰ viſibilibꝰ
ſacramētis erat inſtruēdꝰ: vt per
exhibitionem viſibiliū poſſꝫ veni
re ad intellectū inuiſibiliū. Noſſe oportet
dñi ſacerdotes q̄ hoc ſacramētū cōtractāt:
modū ⁊ ordinē ſacramētorum: ⁊ veritateꝫ
1.cor.4 rerū ſignificatarum. Alioquin diſpenſato-
res ſunt tm̄ miſterioꝝ tāq̄ȝ ceci duces ceco-
rum: vtilitatis tm̄ inde habituri quantum
cupiunt iumenta que portāt panes ad vſꝰ
aliorum: licet diuina gratia nō deſerat ſac̄
mentum: quod per eos ad ſalutem alioruꝫ
adminiſtrat̄. Attendāt ergo dñi coꝝ ſacra-
mētoꝝ diſpēſatores. qꝛ eccl̄ia chriſti quoti
die ex gentibus opantibus iſdē ſacramen
tis aggregatur ꝓpl̄s acq̄ſitionis: cuius ca-
put ē chriſtꝰ ꝑ fidē generat̄: ꝑ charitatem
in viꝝ ꝑfectū nutrit̄: ſpe eternitatis in ea-
dem fide et charitate ſolidat̄: ⁊ omniū ſcō
rū admiſtratōne ad hūc finē refert̄: vt in-
telligat eccleſiam dei tanq̄ȝ domum in fi-
de fūdari dilectōne dei ⁊ ꝓximi tanq̄ȝ pari
etes bñ ſibi coherētes ſuꝑ edificari: eiuſdē
altitudinē ſpe eternitatis glorioſiſſime cu
mulari. Hoc corpus chriſti licet natiuitatē
capitis ſui cōſuetoꝰ naſcendi ordine ſubſe
cutū ē: tamē huiꝰ capitis natiuitatē in vni
tate ſubſecuturi: corporis quedā membra
preceſſerunt patriarche ſcꝫ et prophete: et
multi iuſti qui prodigijs et preconijs mul
tis natiuitatem capitis et ſecuturi corpo-
ris premōnſtrauerunt. Quod bene oſten
ſum eſt in iacob interioris populi typū ha gen.25
bentem: qui ad ortum feſtinans manū pre
miſit: plantaꝫ fratris maioris natu: manu
tenens: hoc facto ſignificans: qꝛ reprobato
priori populo cuius typū gerebat eſau: na Ro.9.
ſciturus eſſet minor populus: chriſtianus
vicꝫ: qui benedictionem dei patris eterna
hereditate poſſideret. Jllius quippe pr̄is
ſacramenta ſunt noſtra documenta: quibꝰ
ille tanq̄ȝ paruulus eſt lactatus: ⁊ circa vni
us veri dei cultum non poſt deos falſos
vel alienos oberrantes occupatus. Unde H
ab initio ſeculi om̄i etate ſacramenta chri-
ſti ⁊ eccleſie celebrata ſunt: quibus ille po-
pulus nutriretur: ⁊ noſtre redemptionis
modus inſinuaretur. Nam p̄ma etate adā gen.1
de terra matre ſine terreno patre homo ad
imaginē dei a dō ſexta die plaſmatus eſt:
⁊ in nouiſſima etate ſeculi per chriſtum de
terrena matre natū: ſine terreno patre ho-
mo ad eandem imaginē dei reformatus ē.
Ad cuius rei conſonantiam eadē etate de
later̄ ade qui erat forma futuri eua forma
ta ē: ⁊ per ſanguinem de chriſti latere ma-
nantem cum aqua ſāctificatōis eccleſia fa-
bricata eſt. Scđa vero etate mōi per octo
animas a ſubmerſione diluuij. i. per archā
liberatas eadē eccleſia figurata eſt: que in
ſpe octaue. i. reſurrectiōis per aquas bap
tiſmi: nō ſine auxilio ligni ſalutaris a ſub-
merſiōe exuberātium tēptationū liberata
eſt. Tercia deniq̄ȝ etate populꝰ dī ab egip
tiaca ſeruitute liberatus ē: trāſijt mare ru
brum: cedit mare virga percuſſum moyſe:
prebet viam populo dei. Hoſtes a tergo ſe
cuntur: et ſubmergūtur: et hic repetita eſt
baptiſmi per lignum ſaluliferum conſecu-
ti ſanctificatio. Nam rubet mare rubrum:
rubet ⁊ baptiſmus chriſti ſanguine conſe-
cratus. Hoſtes a tergo ſequentes moriunt̄
quia peccata preterita ⁊ preſentia per bap
tiſmum delentur. Dehinc in quarta etate
in illa terrena eterna hieruſalē claruit reg
num dauid: chriſti ⁊ eccleſie regnum pre-
figurans: de cuius ſemine idem chriſtꝰ na
tus eſt: in eccleſia ſua ſpiritaliter regnans
⁊ eā ſibi obtēperātē pꝰtpa glīoſe coronās.
Jñ ē: q̄ȝ q̄ in ſabbato ſctō ſunt baptizandi:

vlceribus medicamentū infūdit. Itaqꝫ cū
ſit infirma robore apis valida eſt vigore ſa
pientie et amore virtutis. Deniqꝫ regē ſu-
um ſumma protectione defendūt: incolu-
mi rege neſciunt mutare iudiciū: mētē in-
flectere amiſſo: fidem ſeruādi muneris de
relinquunt: atqꝫ ipſe ſua mella diripiunt.
qđ is qui principatum habuit muneris in
teremptus eſt. Itaqꝫ cum aues alie vix in
anno edant ſingulos fetus: apes geminos
creant: et duplici ceteris fecunditate ꝑpon
derant. Merito quaſi bonam operariam
ſcriptura apem predicat dicens: Vade ad
apem: ⁊ vide quomodo operaria eſt. Ope
rationem quoqꝫ quā venerabilem merea-
tur: cuius laborem reges ⁊ mediocres ad
ſalutem ſumūt. Audis quid dicat prophe
ta. Mittit vtiqꝫ te: vt apicule illius ſequa
ris exemplum: imiteris operationem. qꝛ
appetibilis eſt et omnibus clara. T

De luſcinia.

Luſcinia eſt auis que peruigil cuſtos:
cum oua quodam ſinu corporis et gremio
fouet: inſomnem longe noctis laborem cā-
tilene ſuauitate ſolatur: vt mihi videatur
hec ſumma eius eſſe intentio: quo poſſit nō
minus dulcibus modulis quā fotu corpo-
ris animare in fetus oua que fouet. Hanc

imitatur tenuis illa mulier: ſed pudica in
vſum mole lapidem brachio trahens: vt
poſſit alimentum panis ſuis paruulis non
deeſſe nocturno cantu meſtum pauperta-
tis mulcet affectum: ⁊ quāuis ſuauitatem
luſcinie non poſſit imitari: imitatur tamen
eam ſedulitate pietatis.

De noctua.

Noctua ipſa quemadmodum magnis et
glaucis oculis nocturnarum tenebrarum
caligantem non ſentit horrorem: ⁊ quo fu-
erit nox obſcurior: eo contra vſum auium
ceterarum inoffenſos exercet volatus. Ex-
orto autē die: et circumfuſo ſplēdore ſolis:
viſus eius hebetatur: quaſi quibuſdam er-
ret in tenebris. Quo indicio ſui declarat
eſſe aliquos: qui cum oculos habeāt ad vi-
dendum videre non ſoleant: ⁊ viſus ſui of-
ficium ſolis infungantur tenebris. Quos
habent ſapientes mundi et non vident: in
luce nihil cernunt: in tenebris ambulant:
dum demoniorum tenebroſa rimantur: et
celi alta ſe videre credunt: deſcribentes ra-
dio mundum: menſuram aeris ipſius colli-
gētes: ⁊ cetera huiuſmōi: hebetes ad eter-
na: et quaſi ſcientes oīa acuta ad vana.

De veſpertilione.

Veſpertilio animal ignobile: a veſpere
nomen accepit. Eſt autē volatilis eadem:
quadrupes: et dentibus vtitur: quos in a-
lijs auibꝰ reperire non ſoleas. Parit vt q̄-
drupedia: non oua: ſed pullos viuentes:
volitat autem in aere auium more: ſed cre-
puſculo veſpertino cōſueuit offundi. Vo-
litat aūt non aliquo pēnarum: ſꝫ membra-
ne ſue fulta remigio: quo ſuſpēſa velut pē-
narum volatu circumfertur atqꝫ vegetat̄.
Habet et illud hoc vile animal. q̄ ſibi inui-
cem adherent: ⁊ quaſi in ſpeciem botri ex
aliquo loco pendunt: ac ſi ſe vltima queqꝫ
laxauerit: oīeo reſoluuntur. Quod fit q̄-
dam munere charitatis: q̄ difficile in ho-
minibus huiuſmodi reperitur.

De Gallo

Galli cantus ſuauis eſt in noctibus: nec
ſolū ſuauis: ſed etiam vtilis quiquā ſi bo-
nus cohabitator et dormientem excitat: et
ſollicitum admonet: ⁊ viantem ſolatur: ꝓ-
ceſſum noctis canora ſignificatione prote-
ſtans. Hoc canente latro ſuas relinquit in-
ſidias. Hoc ipſe lucifer excitatus oritur: ce-
lumqꝫ illuminat: hoc canente meſticiā tre-
pidus nauta deponit: omniſqꝫ crebro ve-
ſpertinis flatibus excitata tempeſtas ⁊ ꝓ-
cella mitteſcit. Hoc deuotꝰ affectu exilit ad
precandum: legendi quoqꝫ munus inſtau-
rat. Hoc poſtremo canente ipſe eccleſie pe-
tra culpam ſuam diluit: quam priuſq̄ gal-
lus cantaret: negando contraxerat. Iſtius
cantu ſpes omnibus redit: egris leuatur i-
cōmodum: minuitur dolor vulnerum: fe-
brium flagrantia mitigatur: reuertitur fi-
des lapſis: ieſus titubantes reſpicit: erran-
tes corrigit. Deniqꝫ reſpexit petrum: ⁊ ſta-
tim error abſceſſit: pulſa eſt negatio: ſecu-
ta confeſſio. Reſpice nos quoqꝫ domīe ie-
ſu: vt et nos propria recognoſcamus erra-
ta: ſoluamus pijs fletibus culpam: merea-
mur indulgentiā peccatorum. Hec de aui-
bus dicta ſufficiant: Quid autē de herbis
conſiderandum ſit: aliqua intimemus.

Exempla de herbis.

Admonet nos beatus ambroſiꝰ cō-
ſiderare lilia agri quantus ſit can-
dor in folijs: quēadmodum ſtipata ipſa fo-
lia ab imo ad ſummū videātur aſſurgere:
vt ſciffi exprimant formam: vt auri quedā
ſpecies intus effulgeat: que tamen vallo i
circuitu floris obſepta nlli pateat iniurie.
Si q̄s hūc florem decerpat: ⁊ ſua ſoluat in
folia: q̄ tāti eſt artificis manꝰ: q̄ poſſit lilij
ſpēm reformare? Quis tātus imitator na-
ture: vt florem hunc redintegrare p̄ſumat
cui dn̄s tantū teſtimonium dedit: vt dice-
ret: nec ſalomō in omni gloria ſua ſic veſti-
ebatur: ſicut vnū ex iſtis. Rex opulentiſſi-
mus et ſapientiſſimus inferior iudicatur:
q̄ huiꝰ floris pulchritudo eſt. Quid enu-
merē ſucos herbaꝝ ſalubres: q̄d virgulto-
rū ac foliorū remedia. Ceruus eger ramu-
ſculos olee mandit: ⁊ ſanus fit: locuſtas q̄ꝫ
folia olee arroſa liberāt ab egritudīe. Ru-
bi folia ſuperiecta ſerpenti: interimūt eū.
Culices non tangunt te: ſi abſinthij herbā
cum oleo coquas: et eo te perunxeris. Sꝫ
forte dicāt aliqui. Quid quod cū vtilibus
etiam letalia et pernicioſa generantur cuꝫ
tritico lolium: quod inter alimēta vite no-
xium reperitur: et niſi preuiſum fuerit: cō-
ſueuit ſaluti nocere: int̄ alia q̄ꝫ nutrimēta vi-
te elleboꝝ deꝑhēdit̄ acōita q̄ꝫ fallūt freq̄n-
ter ⁊ decipiūt colligētē. Sꝫ hoc ita ē ac ſi reꝓ-
hēdas terrā. q2 n̄ oēs hoīes boni: ſꝫ q̄d plꝰ
ē accipe. q2 n̄ oēs boni āgeli ī celo. Nū igit̄
dignū ē vt ī his q̄ vtilia ſūt poſt hn̄tes ꝯdi-
toris gratiam confiteri: quā ꝓpter aliqua

Ambroſiꝰ in exameron.

math. 6

alimentorum noxia creatoris proſpicien-
tie derogemus: quaſi omnia gule cauſa de
buerit procreari: aut exigua ſint: que ven-
tri noſtro diuina indulgentia miniſtraue-
rit. Definite nobis eſce ſunt et note omni-
bus que et voluptatem generent: ⁊ corpo
ris ſalubritatem. Singula aũt eorum que
generantur e terrio ſpecialem quandã ha-
bent rationem: que pro virili portione cõ-
plent vniuerſe plenitudinẽ creature. Alia
ergo eſui: alia alijs naſcũtur vſui. Nichil va
cat: nihil inane germĩat terra. Quod tibi
putas inutile: alijs vtile eſt: immo ipſi tibi
frequenter alio eſt vſu vtile. Qđ eſcã non
adiuuat medicinam ſuggerit: ⁊ ſepe eadẽ
que tibi noxia ſũt: aut auibus: aut feris in
noxium miniſtrant pabulũ. Deniqꝫ ſtur-
ni veſcuntur conio: nec fraudi eſt eis: quo-
niam qualitate ſui corporis venenum ſuci
lo et alis euadũt. Frigida eñi vis eiꝰ ẽ ſu-
ci: quã ſubtilibꝰ poris in cordio ſui ſedem
ducentibus precoci digeſtione preueniũt:
priuſqꝫ vitalia ipſa pertemptet. Elleborꝫ
aũt periti locuntur eſcam eſſe coturnicum:
eo ꝙ naturali quodam temperamento ſui
corporis vim pabuli nocentis euitẽt. Ete
nim ſi ratione medicine plerunqꝫ ad ſalu-
britatem humani quoqꝫ corporis tempat
cui videtur eſſe contrariũ: quantomagꝭ ꝓ
prietati nature ad cibum proficit qđ medi
ca manu conuertitur ad ſalutem. Per mã
dragoram quoqꝫ ſomnus frequenter accer
ſitur vbi vigiliarum egri afflictãtur in cõ-
modo. Nam quid de opio loquar: qđ etiã
nobis quottidiano propeuſu inotuit: qm̃
dolores eo grauiſſimi internorꝫ ſepe viſce-
rum ſopiuntur. Nec illud preterit qđ co-
nio plerunqꝫ furores libidinum marcue-
runt: ⁊ ellebro vetuſte paſſiones egri cor-
poris ſũt ſolute. Nõ ſolũ igitur nulla ĩ his
rep̃hensio creatoris: ſed etiam incrementũ
eſt gratiarũ. Siquidem qđ ad periculũ pu
tabas eſſe generatum: ad remedia tibi ſa-
lutis operatur. Nam et id quod periculi ẽ
ꝑ ꝓuidentiam declinat: ⁊ id quod ſalutis
ꝑ induſtriã nõ admittit. An oues et capre
ea que ſunt ſibi noxia declinare didicerũt.
⁊ ſolo odore per quoddã naturale miſteri-
um: cum ſint rationis expertes: rationẽ ta
mẽ euadendi periculi vel tuende ſalutꝭ ag
noſcũt: noxiaqꝫ pariter ac profutura diſtin
guunt: ita: vt plerũqꝫ cũ armata venẽis te
la ſenſerint: notas petere herbas: atqꝫ his
remedium vulneri dicãtur adhibere. Ci-
bus illius medicina eſt: vt reſilire ſagittas
videas e vulnere: et fugere venena nõ ſer-
pere. Deniqꝫ ceruis cibus venenũ eſt. Co
luber ceruum fugit: leonem interficit. Dra
co elephantem ligat: cuius ruina mors vi
ctoris eſt: ⁊ ideo ſumme vtrinqꝫ certat ille
vt pedẽ alliget: in quo caſus victi ſibi no-
cere nõ poſſit: iſte ne poſteriore extremus
pede aut calle capiatur anguſto: vbi vł ip
ſe ſe nõ queat retorquere: ⁊ draconem gra
ui protere re veſtigio: vel ſequẽtis elephã-
ti auxilium non habere. Ergo ſi irrationa
bilia animalia norunt: quibus ſibi aut me
dicentur herbis: aut ſubſidijs opez afferãt
homo neſcit cui rationabilis ſẽſus innaſci-
tur. Et ideo de irrationabilibus rebꝰ dan
tur nobis exempla: vt per hec veniamus
ad rationabilitatem.

Dñica. xvj. Scdm̃ Lucam.

j Ibat ieſus in ciuitatem que
vocatur naim. ⁊ ibãt cũ illo
diſcipuli eius: ⁊ turba copi- Luce. 7.
oſa. Cũ autẽ appropinqua
ret porte ciuitatis: ecce defunctus effe-
rebatur filius vnicꝰ matris ſue. Et hec
vidua erat: ⁊ turba ciuitatꝭ młta cũ illa.

Naim ciuitas eſt galilee. Defunctus qui coram multis extra portã effertur: ſignificat criminaliter peccãtẽ et multorꝫ noticie ꝑ verba et opa quaſi ꝑ oſtia ſue ciuitatis peccatũ ꝓpalãtẽ. (de pe. di. 2. ſic tribꝰ) Qui bñ vnicus matris ſue ꝓhibetur. q꞉ licet mater eccleſia multos habeat filios bonos ⁊ malos: pro vna tamen perſona mali accipiuntur q̃ntũ ad malicia ꝑtinet: queadmodũ etiã boni vna pſona accipiũtur ſcdm̃ bonitatẽ. Et electus quilibꝫ qñ imbuit ad fidẽ filius eſt: qñ alios imbuit mater eſt. Vñ paulus. Filioli mei quos iterũ parturio. Cũ igit boni vnanimiter ſtudeant reuocare malos et boni mater ⁊ mali filiꝰ vnicꝰ nuncupant. Porta ciuitatꝭ qua defunctus effertur aliquis eſt de ſenſibus quo aliquis in peccatũ corruit: vt qui videt ad concupiſcẽdũ: ꝗ aurẽ ocioſis vł turpibꝰ audiendis: ꝗ linguã cõmodat litigijs. Ceteroſqꝫ ꝗ nõ ſeruat ſenſus: mortis ſibi reſerat aditus. Omis ꝗ meminit ecclꝛiam ſpõſi ſui morte redẽptã: agnoſcat eã eſſe viduam. Huiꝰ miraculi młti fuerũt teſtes: vt młti fierẽt dei laudatores

Quã cũ vidiſſet dñs miſericordia mo-
tus ſuper illã dixit illi. Noli flere.

Pulchre euãgeliſta dñm prius miſcdia motũ eſſe ſuꝑ matrẽ: ac ſic filiũ ſuſcitare teſtat: vt in vno nobis exẽplũ imitande pietatis oſtẽderet: ĩ altero fidẽ mirãde ptãtꝭ aſtrueret.

Et acceſſit ⁊ teti-
git loculũ. Hi aũt ꝗ portabant ſtete-
runt. Loculꝰ ĩ ꝗ

mortuus effercbatur: male ſecura deſperati pec catoꝝ conſcientia eſt. Qui vero ſepeliendũ portant vel immũda deſideria ſunt que hominẽ rapiunt in interitum vel venenata lenocinia blandientium: que peccantes quaſi aggere terre obruunt. Dño loculũ tangẽte funeris baiuli ſteterunt. quia conſcientia attacta formidine ſupni iudicij reuertitur ad ſeipſam cohercens carnales voluptates et iniuſtos laudatores. **Et ait. Adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui. Et dedit illũ matri ſue.** Reſidet qui erat mortuus cum interna compunctõne reuiuiſcit peccator. Incipit loqui: cum oſtendit ſe redire ad verã vitam. Redditur matri: cũ ꝑ ſacerdotale iudiciũ cõmunioni ſociatur eccleſie. **Accepit autem omnes timor et magnificabant deuz dicentes qꝛ propheta magnus ſurrexit i nobis. et qꝛ deus viſitauit plebem ſuã.** Omnes magnificabant. i. laudabant deũ. qꝛ q̃to grauior eſt caſus: tanto pietas erigentis gratior et ſpes ſalutis penitentibus eſt certior. Viſitauit ds plebem: ⁊ dum verbum ſuum ſemel incorporari conſtituit: ⁊ quottidie ſpiritum ſanctum in corda noſtra mittendo vt ſuſcitemur. **Et exijt hic ſermo in vniuerſam iudeaz de eo: ⁊ omnẽ circa regionem. i. in oẽm regionem circa iudeam.** Allegorice fuit appropinquare ieſum porte ciuitatis qđ verbũ caro factum gentilem populum per portas fidei ad celeſtem hieruſalem induxit. Ecce iudaic⁹ iunior populus perfidia defunctus effertur: quoniam mater eccleſia nil in mundo quaſi ꝓpriuz poſſidens: multis populoꝝ turbis circum ſepta pio affectu plorat. ⁊ ad vitam reuocare laborat. quod et interim in paucis iudeorum cõuerſis: ⁊ tandem in plenitudine impetrat. Locus quo defertur corpus eſt humanum: portitores ſunt mali mores: qui ad mortem trahunt. Sed ieſus loculum tangit cum fragilem naturam in cruce erigit. Vel tangitur locus mortui hominis a do. i. per lignum crucis. qꝛ perijt homo per lignum paradiſi. Portitores mortui ſũt quattuor elementa: quorum intemperantia eſt irritamentum peccandi in homine. Stant portitores. qꝛ non valent ſicut prius ad mortẽ trahere. Loqui ieſu eſt: monita ſalutis infundere: vnde languidus ad vitam erigitur bonis actibus: ⁊ ſic redditur matri ſue. Timent omnes: qꝛ vnius exemplo multi corriguntur.

## De morientibus. et de exitu animarum.

apoca. 14 Scriptura dicit: Beati mortui qui in dño moriũtur. In dño moriuntur: qui in carne quidem moriẽtes in dño tñ viuentes inueniuntur. Quid ẽ in domino? Id ẽ in fide: ⁊ ſpe: et charitate. XIX
Per iſta enim viuitur in illa vita qua viuitur in dño. Eſt quedã vita qua corpus viuit ex anima: ⁊ eſt quedam vita qua anima viuit ex deo. Nũc quidem fide et ſpe ⁊ charitate: poſtea vero pro fide et ſpe contemplatione remanente dilectione. Non igitur nocere põt anime: ſi corpus vitam ſuam ꝑdit: qñ ipſa vitam ſuam in fide et ſpe ⁊ charitate perſiſtens non amittit. Nemo ergo mihi dicat: qui paruam fidem: et ſpem ꝑuaz et paruam charitatẽ habent: nõ ſaluãtur. Ego non menſuro. Creſcant q̃ntum volũt. Quanto maiores: tanto meliores. Tamen ego illos condemnare non audeo q̃ntumuis parui ſint. Ex quo nati ſunt ex deo: filij ſunt dei: putas qꝛ magnos filios deus ſaluabit: et paruos condemnabit? Scriptura mihi dicit. Imꝑfectum meum viderunt oculi tui: ⁊ in li. tu. oñs ſcribẽtur. ps. 138
Si omnes ģ ⁊ magni et parui. Quid ẽ: oculi tui viderũt. Approbauerũt. Quid ẽ in libro ſcribũtur. Saluabũtur. Ergo imꝑfecti quoq; ſaluabũtur. Qui enĩ imperfecti ſũt: aliqđ ſũt: ⁊ aliq ſũt: ⁊ in numero ponũtur et ſcribũtur. Qui nihil ſũt: nulli ſunt: nec ſcribi aut numerari habent q nihil habent. Ergo omni habenti dabitur: ⁊ habũdabit. Omni habenti meritum dabitur p̃mium: nõ dixit: habẽti magnum meritũ dabitur p̃miũ: ⁊ ꝑuũ meritũ habẽti ñ dabitur: math. 25
ſꝫ omni habenti inquit dabitur: ⁊ habũdabit. Ergo etiã ille q ꝑuũ meritũ habet: cũ premiũ accepit ſatis habebit: q̃muis nõ tm̃ habebit q̃ntum ille q magnũ meritũ habebit. Solus iſte excluditur a ꝑcipiendo p̃mio q nihil hꝫ de merito. Omnes ģ q in dño moriũtur: beati ſũt. qꝛ p⁹ meritũ virtutis perueniũt ad p̃miũ btitudinis. De exitu aũt aĩarũ multi q̃runt. Multa aũt queri pñt: 9
ſi tamẽ omnia queri debent que pñt queri. Querũt hoĩes de exitu animaꝝ: qualiter a corpibus exeãt: ⁊ q exeũtes ꝑgant: vl cũ ꝑuenerint q pergũt: quid inueniant: vl qđ ꝑcipiant: aut ſuſtineant. Sed hec oĩa magis timenda ſunt q̃ꝫ querenda. Ideo q̃ppe abſcõdita ſũt: ne querãtur aut inueniantur: ſꝫ timeantur. Quis enĩ ſecur⁹ eſſe põt: in incertum pergens. Hoc aũt incertum ſolũ eẽ non debet. quia bonam vitam ſequi nõ pt mala mors. Mala enĩ mors ñ ẽ: niſi ea ſola quã mala ſequũtur. Qui ģ bñ mori vult: bene viuat. qm̃ ea que poſt mortem veni-

XX unt: contra ea diſponūtur: ⁊ ſcdm̄ ea retri-
buuntur: que ante mortē in vita precedūt.
Uſqꝫ ad mortem meritum eſt: poſt mortē
vero premium. Mors media eſt: in q̄ dies
dn̄i incipit: dies hoīs finem accipit. In
die ſuo homo ſibi relinquitur: vt qđ vult
operetur: in die vero dn̄i iam in poteſtate
ſua non eſt homo: ſꝫ in illius poteſtate ad
quem venit vt remūeretur. Propterea ad
hominē ptinet: vt id ſolū qđ ſibi commiſſū
eſt: bene diſponere ſtudeat: illud vero qđ
non cōmiſſum ſꝫ promiſſum ſibi eſt: illi⁹ ar
bitrio a quo illud impleri oportet relinq̄t.
A Multi querunt de exitu animarum: q̄-
modo a corporibus egrediantur anime: ſi
ue ſcꝫ hoc mō vt eſſentialiter ⁊ localiter fo
ras egrediantur: vt extra eſſe incipiant: q̄-
ſi excluſe: ſiue hoc ſolum eis egredi ſit: qđ
ſe a viuificatōne corporum ſubtrahūt: ⁊ q̄-
ſi ad ſe colligētes a vegetatione corpꝫm ceſ
ſant: vt in ſemetipſis ſubſiſtāt. Uerbi gr̄a:
Qn̄ flatus iſte corporeus ſpiratur egre-
ditur a corpe: incipit eēntialiter atqꝫ loca-
liter extra corpus eſſe q̄ pri⁹ eēntialiter at
qꝫ localiter infra corpus cōtinebatur. Qn̄
vō cortex areſcere incipit i arbore exit hu-
mor ab illo: et contrahitur ad interiora: ne
qꝫ foras egreditur vt extra ſit ſed interius
remanet in eo qđ intus eſt: ſiue in ligno: ſi-
ue in medulla: vt in cortice ipō nō ſit. Tūc
om̄ino exit a cortice: vt in cortice nō ſit: ne
qꝫ extra quaſi ad exteriora effuſus: ſꝫ exit q̄
ſi ad interiora collect⁹. Et ſi forte humor
rurſum ab interiori ſuo pdeat: vt ſe iterū
effundat in corticem: rurſum reuireſcit cor
tex ille: qn̄ humor in ipō eſt vita ei⁹. Sic q̄
runt de anima quando exit a corpe vtrum
hoc ſolum illi exire ſit: quod ſe retrahit ad
ſe a viuificatione corpis: et in hoc ipſo iam
in corpore non eſt: qđ corpus viuificare ceſ
ſat. In hoc enī videtur: qꝛ iā quodāmō ex-
tra om̄e corpus ē: qđ in ſemetipſa ſola ſub-
ſiſtens: ad corporis viuificationē effuſa nō
eſt. Qn̄ vero in corpe nō eſt: nō eſt i loco.
qꝛ locus nō eſt niſi in corpore. Quādo aūt
extra corpus eſt: ⁊ extra locum ē: inter ip-
ſam et corpus non eſt locus: ⁊ equaliter di
ſtat ab om̄i corpe. quia inter ipſam ⁊ corp⁹
nullū eſt corp⁹. Si vero inter ipſam et cor-
pus nullū eſt corpus: cōſtat pfecto. qꝛ int̄
ipſam et om̄e corp⁹ nullus eſt locus. qꝛ loc⁹
non eſt vbi nō eſt corp⁹. Qn̄ igit̄ extra om
ne corpus eſt q̄ntum ad locū: equaliter p-
pe eſt om̄i corpi. qꝛ ſi extra corpus poſita
vni corpi ppior ⁊ alteri remotior eſſet: in-
tra ipſam pfecto et corpus ſpaciū eſſet. Si
ſpaciū eſſet: loc⁹ eſſet: ſi locus eſſet: corpus
eſſet. Si aūt inter ipſam ⁊ om̄e corpus: cor-
pus eſſet: extra om̄e corpus corpus eſſꝫ: qđ
fieri nō poteſt. Ita qꝫ dictum eſt: qꝛ aīa B
neqꝫ per corpus a corpe recedit: neqꝫ p cor
pus ad corp⁹ accedit. Et ideo nec loco mo
uetur vt recedat a corpe: qđ eſt a loco: nec
loco mouetur vt accedat ad corpus qđ eſt
in loco. Inter oēm enī locū ⁊ id quod eſt i
nullo loco nullus eſt locus: ppter hoc ita-
qꝫ dictū putāt qꝫ ſpūs creatus tpe quidem
mouet̄. qꝛ motabilis eſt: ſꝫ loco nō mouet̄.
qꝛ nec loco mouetur recedēs a corpe qđ eſt
a loco: nec loco mouetur accedēs ad corp⁹
qđ eſt in loco. Neqꝫ enī mouet̄ qn̄ recedit
a loco: neqꝫ iterū loco mouet̄ qn̄ accedit ad
locū. Etiā qn̄ in corpe poſita anima corpus
localiter mouet: ipſa tamē localiter nō mo-
uetur. Si enī idcirco localiter moueri eſti-
matur: qꝛ in corpe eſt qđ localiter mouet̄:
q̄re non ſimiliter ſapiētia localiter moueri
dicat̄. qꝛ in corpore eſt qđ localiter mouet̄.
Nā ſi dicitur: qꝛ p animā ipſam in corde eſt
ſapiētia: cum anima ipſa per corpus locali
ter motum moueri dicitur: quare nō etiā
per ipſam animā localiter motam: ſapiētia
que in ipſa anima eſt localiter moueri dica
tur. Si vō hec rō nō pbat vt ſapīa localit̄
moueri dicat̄: cū ſit tamē in anima: q̄re aīa
localiter moueri dicet̄: q̄uis in corpe ſit qđ
localiter moueri cernit̄. Huiuſmōi pſidera
tiōe pbāt ſpūm localiter nō moueri: q̄uis
in corpe ſit qđ localiter mouet̄ tēpaliter tn̄
moueri. qꝛ viciſſitudini ſubiacēs de alio i
aliū mutat̄. Sꝫ nos i occultis nimiū curio-
ſos eē nō optet: ne forte pl⁹ pſumamus q̄ꝫ
poſſum⁹. Que ſit via ſpūs. ſ. nouit q̄ fecit
eū. Nos āt neqꝫ ſcim⁹ qūo venit neqꝫ cōp-
hēdim⁹ qūo reced. Qn̄ flat⁹ iſte corpore⁹
trahit̄ corpalit̄ ⁊ localit̄ igredit̄: qn̄ aūt ſpi
rat̄ corpaliter ⁊ localiter egredit̄. Sꝫ alia
eſt natura ſpūs: alia corpis. Qn̄ p̄mo hoī gen̄.2.
data eſt aīa: iſpirauit ds̄ i faciē ei⁹ ſpiraclm
vite. Et qs dicet̄ pt qūo iſpirauit ds̄ aīam
corpi viuificādo ſiue qꝛ extra creaturaꝫ ad
viuificādū immiſit: ſiue qꝛ ibidē fec vbi po
ſuit: ⁊ ab int⁹ creatā viuificationē pdire iuſ
ſit: nec alia fuit inſpiratio: qꝫ ipſa viuifica-
tio. Si ergo neſcitur qūo inſpiratur: qūo
ſciri poteſt qualiter expiratur. De⁹ inſpi-

rat:hō expirat. De⁹mittit:hō remittit. qꝛ
mittitur cum accedit:eadē remittitur cuꝫ
recedit. Hoc vnū ſcimus qꝛ recedēte aīa:
corpus moritur:⁊ ipa ſepatio anime mors
corpis eſt. Hoc nobis ſufficit ſcire. qꝛ rece-
dit. Quō recedit ex habundanti eſt pſcru
tari. Diuiſio.

L Ultis exemplis didicimus in exi
tu animarū angelorū malorum ſi-
ue bonoꝝ pſentiam adeſſe: q̄ illas
ꝓ meritis vel ad tormenta pertrahāt: vel
ad requiem deducāt. Sed et ipas animas
adhuc in corpore poſitas ante exituꝫ mlta
aliquando de his que futura ſunt ſup eas:
ſiue ex reſponſo cōſcientie interori: ſiue p
reuelationes exterius factas preſciſſe cog-
noſcimus. Raptas etiam aliquando ⁊ ite-
rum ad corpora reductas: viſiōes quaſdaꝫ
⁊ reuelatōnes ſibi factas: narraſſe de tor-
mentis impioꝝ ſiue de gaudijs iuſtorum: i
his tñ nihil niſi vel corpale vel corpalibus
ſimile recitaſſe: flamina: flammas: pontes:
naues: domus: nemora: prata: flores: homi
nes nigros ⁊ candidos: ⁊ cetera qualia in
hoc mundo videri et haberi ſolēt: ⁊ vel ad
gaudium amari: vel ad tormentum time-
ri. Sic quoqꝫ ſolutas corpibus: manibus
trahi: pedibus deduci: collo ſuſpendi: fla-
gellari precipitari: ⁊ alia huiuſmōi: q̄ niſi
corpali nature cōuenire nō poſſunt. Que
oīa ſi ita illic viſibiliter et corpaliter eſſe
credimus: preter alia que abſurda noſcū-
tur: ⁊ ipas vtiqꝫ animas etiam a corpibus
ſeparatas corpa eſſe: ⁊ ad ſimilitudinē cor
poꝝ membris compactas atqꝫ diſtictas cō
fitemur. Ego q̄ddā qd̄ de hac re audiui ta
cere nō debeo. Quidam ꝓbati teſtimonij
frater narrauit mihi ſe a ſuo abbate veraci
ter hoc affirmante audiſſe. qꝛ cū aliquā̄do
ille ad quoſdam fratres emin⁹ ꝯſtitutos vi
ſitandos pergeret: vt fieri ſolet: quodā lo-
co hoſpitiū accepit: vbi fattū tūc apd̄ oīs
eiuſdē loci habitatores celebre añ diebus
paucis contigiſſe didicit. Quidā pegrin⁹
orōnis cauſa ad ſcm̄ iacobum pergens: in
eodē loco hoſpitatus eſt. Nocte vt itinerā
tibus mos ē: añ diluculuꝫ ſurrexit. Egreſ
ſus de vico in ſiluam que eidem vicīa erat:
peruenit ibi a comitib⁹ itineris caſu vt ſo
let diſcrimine vie diſiūctus: deuiare cepit.
Cumqꝫ longius ꝓceſſiſſet: obuium hꝫ quē-
dam venerandi habitus ⁊ vultus virum:
a quo interrogatus quis aut vnde eſſet: vt
pergeret: nomē patriā ſimul et cauſam iti-
neris expoſuit. Ille ſe eſſe ſctm̄ iacobum:
ad quem tenderet ꝓteſtatur. Se iam q̄deꝫ
oīa ſciſſe: nūc vero quaſi bñplacito ⁊ gra
to veniſſe obuiā. Deuotionē laudat: bonū
ꝓpoſitū cōmēdat: pmiū apd̄ ſe magnū pa
rari: nec longe iā eē remunerationē. Mul
tis poſt hec verbis hincinde currentibus:
tandē miſeriam ⁊ dolores vite huius qua-
les aut quanti ſunt exponit. Omne qd̄ hic
amatur q̄cito fugiat: ⁊ pari modo oē qd̄
timetur vel doletur quō ſine mora pertrā-
ſeat. Inter hec ⁊ huiuſmodi rationabili p
ſuaſione paulatim menti hoīs nihil ſini-
ſtrum ſuſpicantis contemptum vite inge-
rit: metum mortis tollit. Poſtremo nihil
magis viro virtutis expedire q̄ꝫ vt hic exi
re feſtinet: ⁊ ſi alia via nō detur: manu ſua
mortem fortiter laceſſat: ⁊ nō pmittat ſe in
his doloribus diu teneri: qui gaudium ſi-
bi paratum eſſe nō dubitat. Quid multa.
Deceptus fraudulente perſuaſioni aſſen-
ſum pbet: ⁊ iniecto ferro ſemetipſum iugu
lat. Comites eius diu per deuia querunt:
tandem extinctum inueniūt: ad vicum vñ
exierant cadauer examine reportatur. Et
quia hoſpes apud quem nocte illa manſat
huius ſceleris veriſimiliter conſcius vide
batur: eundem falſa criminatōne ad penā
expoſcuut. Ille dum innocentiam ſuam ſi
ne cauſa periclitari cerneret: ⁊ diuinū auxi
lium intima cordis deuotione ſibi adeſſe i
ploraret: ecce ſubito qui mortu⁹ fuerat ſur
rexit: ⁊ rem geſtam cunctis aſtātibus ⁊ mi
rantibus exponens innocentem abſoluit.
Referebat ſe ab angelo malo a quo ad in-
terfectionem ſui perſuaſus fuerat: ad tor-
menta deductū. Sed dū duceretur quēdā
ſplendida facie: ipm autē ſanctū fuiſſe aie-
bat iacobū eūtib⁹ occurriſſe: eūqꝫ ereptum
in celum ad thronū iudicis deduxiſſe: illic
qꝫ pcibus ꝓ illo fuſis vt vite denuo redde
ret obtinuiſſe. Ibi ſe multa angeloꝝ milia
vidiſſe affirmabat. De quoꝝ tamē ſtatu et
facie interrogatus: nihil in hoc mundo eſ-
ſe dicebat ſimile illis quo illam quam in ip
ſis viderat qualitatem exprimere potuiſ-
ſet: niſi forte ignem aut lucem ⁊ ipſam taꝫ
longe et valde diſſimilem. Merorem qui-
dem eſſe: ſed exprimere nullo modo poſſe
quod viderat. Hoc quidem cōmemorare
voluimus: ne mirum videatur ſi animab⁹
a corporib⁹ egreſſis ſigna q̄dā corpalib⁹ ſi

XX milia ad demonſtrationem ſpiritaliũ pſen
tantur: qui niſi in talibus et p talia ab ani-
mabus corpore exutis videnť: nllo modo
ab eiſdem ad corpora reuſis in corpe viuẽ
tibus: ⁊ corporalia tantum ſcientibus dice
rentur. Quãuis eñ illa alr ibi a corporibꝰ
exute videre poſſunt: non tñ h nobis aliter
narrare pñt: ⁊ manerent ſemp occulta illa:
nec eſſet ꝙ de illis nobis a redeuntibus di-
ceretur: niſi exeuntibus et videntibus ẜm
iſta monſtraretur. Utrũ aũt anime q̃ hunc
amplius non reuerſure exeunt ſcðm hunc
modũ illa videant aut ſentiant oĩno du
bium eſt: niſi qꝛ ꝓbabilius videtur ꝙ ille
que in corporibus viuentes per delectatio
nem rerum viſibilium corpalibus imagiã
tionibus iniciuntur: a corporibus in eiſdẽ
illic imaginationibus tormenta paniũtur.
Neqꝫ enĩ oĩno corporalem paſſibilitatez
exeũt: qñ corpalium imaginationibus de-
lectationis praue vſu impreſſis obuolute
⁊ inuolute exeunt. Que vero hic manẽteſ
ab eiuſmodi delectoribus ⁊ cogitationum
fantaſijs mundare ſe ac deſpoliare ſtudue
rit: illic poſtmodum poſtq̃ a corporibus
egreſſe fuerint: penam in eis ⁊ tormẽta nõ
ſenniunt: qð in hoc ipſo quodãmodo ĩpaſ-
ſibiles exiſtunt. qꝛ nihil pena dignuz ſecũ
ferunt.

De morte: et qd ſit mors: ⁊ de tribus ge
neribus mortis.

Mors dicta eſt ꝙ ſit amara: vľa mor
ſu primi homĩs appellata. Nam cũ
primus humani generis parẽs lig
geñ. 3. num vetidum per inobedientiam cõtigit:
per morſum mortem incurrit. Unde et a
morſu: mors ipa appellatur. Tria autẽ ſũt
genera mortis: id eſt acerba: immatura: na
turalis. Acerba infantum: immatura iuue
num: naturalis eſt ſenuz. Item mortꝭ tria
ſunt genera. Una mors peccati eſt: de qua
ſcriptum eſt: Anĩa que peccauerit: ipa mo
ezech. 18. rietur. Alia miſtica: quando quis peccato
moritur: et deo viuit. de qua ait apoſtolꝰ.
conſepulti ſumus cum chriſto p baptiſmũ
in morte ipſius. Tercia mors qua curſum
vite huius et mundo explemus: id eſt ani
me corporiſqꝫ receſſio. Aduertimus igitur
ꝙ vna mors ſit mala ſi propter peccata mo
riamur: alia mors bona ſit qua is qui fue-
rit mortuus iuſtificatur a peccato. Tercia
mors media ſit: nam ei bona iuſtis videť:
et pleriſqꝫ metuenda. Que cum abſoluat

oĩes paucos delectat: ſed non hoc mortis
eſt vitium: ſed noſtre infirmitatis: qui vo-
luptate et delectatõne vite iſtius capimur
⁊ curſum hunc cõſummare trepidamꝰ: in
quo plus amaritudinis q̃ꝫ voluptatis eſt.
An non ſancti et ſapientes viri qui longe-
uitatem peregrinationis huius ingemiſce
bant diſſolui: ⁊ cum chriſto eſſe pulchrius
eſtimabant. Et ideo quia quotidie de mor
te cogitabant: ⁊ quaſi ſe de hoc migraturoſ
credebant mundo: non dubium eſt q̃n hec
quottidiana meditatio mortis omne vitiũ
in eis perimeret. Ad deuitanda ſane om-
nia tela certaminum: verumetiã ad vniuer
ſos motus omniũ concupiſcentiarũ ac pec
catorum comprimendos: nullus mihi vi-
detur validior clipeus q̃ꝫ meditatio mortꝭ
⁊ extremi terror examinis. Penſandũ q̃p-
pe eſt: cum iam peccatrix anima vinculis
incipit carnis abſolui: q̃ꝫ amaro terrore cõ
cutitur: quãtis mordacis cõſcientie ſtimulꝭ
laceratur. Recolit vetita que commiſit: vi
det mandata que neglexit implere ⁊ con-
tempſit. Dolet indulta penitentie tempo-
ra ſeſe inaniter percepiſſe: plorat immobi
lem diſtricte vltionis articulum ineuitabi
liter imminere. Manere ſatagit: ire cõpel
litur: recuperare vult perdita: non audiť.
Poſt terga reſpiciens totius tranſacte vi-
te curſum velut vnum breuiſſimum depu
tat itineris paſſum. Ante ſe oculos dirigit
⁊ infinite perennitatis ſpacia deprehẽdit.
Plorat itaqꝫ qꝛ intra tam breue ſpaciuz ac
quirere potuit omniũ leticiã ſeculoꝝ. De-
flet etiam ſe ꝓpter tam breuis illecebre vo
luptatem inenarrabilem perpetue ſuaui-
tatis amiſiſſe dulcedinez. Erubeſcit: quia
propter illam ſubſtantiã que vermibꝰ erat
obnoxia: illam neglexit que choris erat an
gelicis inferenda. Jam radios mentis at-
tollit: ⁊ cum diuitiarum immortaliũ glori
am contemplatur eam ꝓpter vite huiꝰ ino
piam perdidiſſe confunditur. Cumqꝫ ſb ſe
reflectit oculos ad huius mundi conuallẽ:
tetrãqꝫ caliginem: ſup ſe vero miratur eter
ni luminis claritatem: liquido deprehen-
dit. qꝛ nox erat et tenebre quod amauit. O
ſi rediuiuum penitẽtie tempus mereri po
tuiſſet q̃ꝫ dure conuerſationis iter arripet:
qualia et quanta ꝓmitteret: quantis ſe de
uotionum vinculis innodaret. Interea dũ
hebeſcentes oculi contabeſcũt: dum pectꝰ E
palpitat: raucũ guttur anhelat: dẽtes pau-

latim nigreſcunt ꝛ quaudã velut eruginẽ
ↄtrahunt:palleſcũt oꝛa: mẽbꝛa cũcta rige-
ſcunt. Dum hec itaq̃ ꝛ hmõi tan q̃ vicine
moꝛti p̃cedẽtia famulant̃ officia:aſſũt oĩa
geſta ſimul et verb a. Nec et ip̃e cogitatio
nes deſunt:ꝛ cuncta hec amarũ aduerſus
auctoꝛẽ teſtimoniũ reddunt. Coacervant̃
oĩa añ reſpuẽtis oculos:ꝛ q̃ ↄſpicere re-
fugit:coactus ꝛ inuit⁹ attẽdit. Adeſt p̃te-
rea hinc hoꝛrẽda demonũ turba:illinc vir
tus angelica. In illo qui medi⁹ ẽ liquido
dep̃hendit̃:cui parti iure poſſeſſio vendi-
cet̃. Naꝫ ſi pietatis in eo vident̃ inſignia:
inuitatoĩo angelice blãdicijs delinit̃:atqꝫ
armonice melodie dulcedine vt exeat ꝓ-
uocat̃. Qð ſi eũ ſiniſtre parti meritoꝝ ni-
gredo ꝛ feditatis ſqualoꝛ adiudicet:into-
lerabili mox terroꝛe ↄcutit̃: repentini im-
petus violẽtia ꝑturbat̃:p̃cipitãter inuadi
tur:ac de miſere carnis ergaſtulo violẽter
euellit̃: vt ad eterna ſupplicia iã cũ amari-
tudine ꝑtrahat̃. Iã vero poſt egreſſionẽ
de coꝛꝑe q̃s explicare valeat: quot arma-
te iniquoꝝ ſpirituũ acies in inſidijs late-
ant:quot fremẽtes cunei feralib⁹ telis in-
ſtructi iter obſideãt:ꝛ ne libera trãſire poſ
ſit aĩa:velut militari moꝛe ↄſtipate legio-
nes oppugnant. Hec ꝛ hmõi frequenter in
coꝛde verſare:quid ẽ aliud q̃ lenocinãtia
vite hui⁹ blandimẽta reſpuere:mũdo re-
pudiũ dare:illices mot⁹ carnis elidere:ſo
luinq̃ ꝑfectionis adipiſcende ꝓpoſitũ in
declinabiliter cuſtodire. His addendus ẽ
etiã extremi terroꝛ iudicij:vt illius amari
tudine valeat mundi huius falſa dulcedo
ↄtemni. Ad deuitãdas nãq̃ diabolice pu
gne moleſtias valent̃ aſſurgim⁹:ſi neceſſi-
tatis vltime periculũ ꝓuide ꝑtractamus.
Nam ſi repentinus ille atq̃ terribilis ad-
uentus chꝛiſti digne ꝑpẽditur: q̃d erit in
mundo vbi mens humana vel deſipiens
delectet̃. Ille nempe dies eſt: ad quã oĩs
p̃cedentiũ ſeculoꝝ intentio:ac ſũma colli-
git̃:cui cuncta ſacrarũ ſcripturaꝝ volumi
na famulant̃: de quo beatus petrus vt au
dientiũ coꝛda digno terroꝛe ↄcuteret:ad-
ueniet inquit dies dñi ſicut fur: in quo ce-
li magno impetu tranſeũt: elementa vero
ignis caloꝛe ſoluent̃. Cũ igit̃ hec omia diſ 2.pe.3
ſoluẽda ſint:q̃les opoꝛtet eẽ vos in ſanctiſ
ↄuerſationibus ꝛ pietatibus expectantes
ꝛ ꝓꝑantes ĩ aduentum diei dñi noſtri ihu
chꝛiſti ꝑ quem celi ardentes ſoluentur.

De oꝛigine anime. XX

Egimus in conditione reruꝫ mox
vt de limo terre coꝛpus effectum ẽ
ſtatim dñm inſufflaſſe: factumq̃ eſt adam gen.2.
in animam viuentem. Inſufflauit eni di-
ctum eſt ad exprimendã operis dignitatẽ:
vt agnoſceretur aliq̃d eximium qð ei⁹ oꝛe
eſt ꝓlatũ. Ceteꝝ hoc ſignificat inſufflatio
eius qð mãdatuꝫ ꝛ iuſſio. Nam inſufflare
queadmodũ põt:q̃ neq̃ ſpũm reſoluit: ne
q̃ buccas habet que conſtat eſſe coꝛpoꝛea:
Hoc nonnulli ſecuti dixerũt mox vt ſemen
humanũ coagulatũ fuerit in vitalẽ ſubſtã
tiam illico creatas aĩas coꝛꝑib⁹ dare diſcrẽ
tas atq̃ perfectas. Medendi aũt artifices
periti quadꝛageſimo die humanũ ac moꝛ-
tale pecus animã dicũt accipe:cũ ſe ĩ vtero
matris ceperit cõmouere. Uñ xͦo illas ds
faciat ignoꝛo:ſciens hoc:ꝙ ei⁹ facere nihil
aliud eſt q̃ꝫ voluntas ꝛ iuſſio. Sãctus qui Aug⁹.
dem auguſtinus ſcribens ꝑ oꝛoſiũ et pau-
linũ:paulũ ad btm̃ hieronimũ:ſic ait. Pꝛo
iũ ne longũ faciam hoc certe ſentis:qð ſin-
gulas animas ſingulis naſcentib⁹ etiã nõ
ds faciat. Cui ſententie ne obijciat̃ ꝙ oĩs gen.2.
creaturas ſexta die cõſũmauerit ds:ꝛ ſep-
timo requieuerit:adhibes teſtimoniũ euan- Joh.5
gelio p̄r meus vſqꝫ nũc operatur. Cum er
go animas creat deus nouas ſingulas ſin-
gulis:ſuam cuiqꝫ naſcenti nõ aliquid face gen.1.
re dicitur qð añ nõ faceret. Iam eni ſexto
die fecerat hominẽ ad imaginẽ ſuã: qð vti
q̃ ſcḋm animã rationalem feciſſe intelligit̃.
Hoc ꝛ nũc fac: ñ inſtituẽdo qð ñ erat: ſꝫ mt̃- 2. ſeñ. diſ
tiplicãdo qð erat. Uñ ꝛ illð veꝝ ẽ ꝙ a reb⁹ 15. ca. ſã
q̃ nõ erãt inſtituẽdis requeuit: ꝛ hoc veꝝ ẽ: diens
ꝙ nõ ſolũ gubnãdo q̃ fec: verũetiã aliq̃d ñ
qð nõ dũ ſꝫ qð iã creauat numeroſi⁹ creãdo
vſqꝫ nũc opat̃. Qð ſi q̃rit̃ q̃re fec aĩas eis:
q̃s nouit cito moꝛituros: poſſumus reſpõ
dere parẽtũ hinc pctã vel ↄuinci vel flagel
lari. Sciẽdũ p̃terea oꝛigĩali aĩas pctõ aſtri
gi:nec poſſe ab eo liberari:niſi ꝑ grãm dñi
nr̃i ieſu chꝛiſti. Hinc btũs aug⁹. Cert⁹ etiã Aug⁹
ſũ aĩam nulla dei culpa:nl̃la di neccĩtate vl̃
ſua:ſꝫ ꝓpꝛia volũtate ĩ pctm̃ eẽ collapſã: nec
liberari poſſe de coꝛꝑe moꝛtiſ hui⁹ vl̃ ſue vo
lũtatis virtute tanq̃m ſibi ad hoc ſufficien
te:vel ipſi⁹ coꝛꝑis moꝛte ſꝫ gr̃a dei ꝑ ieſuꝫ
chꝛiſtũ dñm nr̃m:nec omino eẽ aĩam vllaꝫ
in genere humão cui nõ ſit neceſſarius ad
liberatõeꝫ mediatoꝛ di et hoĩm:hõ chꝛiſt⁹
ieſus. Quecũq̃ ãt ſine gr̃a mediatoꝝ ꝛ ſa

cramento eius.i.baptiſmate in qualibꝫ cor
poris etate de corpore exierit: ⁊ in penā fu
turā et ī vltimo iudicio corpꝰ ad penā rece
pturā. Si aūt pꝰ generationē humanā que
facta ē ex adā regenerat̃ in chriſto ad eius
ptinere ſocietatē et requiē poſt mortē cor
poris habiturā: ⁊ corpꝰ ad gl'iam receptu
rā. Hec ſūt q̃ de aīa firmiſſime teneo. Caſſi
Caſſiodo. odorus. Hoc aūt veraciter fixeqꝫ credēdū
ē deū aīas creare: ⁊ occulta quadā rōne iu
ſtiſſime illis imputare qꝺ pmi hoīs pctō
G tenētur obnoxie. Sꝫ qm̃ in hūc locum te
nor nos diſputatiōis adduxit: vt aīas re
as p traducē peccati generaliter eſſe dice
remus: cōuenit aīam dn̄i chriſti ī medium
deducere nē qs calūnioſa intentōe peruer
ſus ſimili eā putet cōditōe cōſtrictā. Audi
amus igit̃ originē eiꝰ ſctē marie ſp virgini
digno pcone fuiſſe pphetatā. Spūſſanctꝰ
ſupuenit in te: et virtus altiſſimi obumbra
bit tibi. ppterea qꝺ naſcet̃ ex te: ſcm̃ voca
Luce. 1 bitur filius dei. Quis rogo ī hac maieſta
te naſcēdi: aut originalis peccati credat eē
culpā: aut pphanā aliquā carnis ſuſpicet̃
offenſā. Abſqꝫ peccato ſine dubio venit q̃
erat omniū pctā ſoliturus. Conceptus mi
ſtico inſpiramīe intꝰ ex virgīe virilē cōmi
ſtionē pꝛſus ignorāte de adā nihil traxit.
qꝛ ſine ꝯcupiſcētia ⁊ ꝯceptꝰ ⁊ genitꝰ fuit: q̃
vt malū ade vinceret̃ aduenit. Hinc ad eiꝰ
mr̃em dictū eſt. Cōcipies p aurē deū: pari
es et hoīem. Primꝰ hō poſteris trāſmiſit
exitiū veniēs chriſtꝰ dn̄s credētibꝰ ꝯtulit
regna celoꝝ. Per iſtuꝫ em̄ repat amiſſum
ſtatū: q̃ p illū pdiderat meritū. Natꝰ ī gl'ia
ꝯuerſatꝰ ſine macula: qꝺ potuit de illo tra
here quem ꝯtraria venit actiōe deſtruere.
Sācte origini vita ſctā reſpōdit. Qui ſine
peccato ē genitꝰ: nulla ē mōi labe ſupatꝰ.
Suſcepit vex hoīem natura ñ vitijs: reſpu
it qꝺ pthoplaſtꝰ deliquit: ⁊ aſſūpſit hoīeꝫ
puriſſimū quē creauit: ñ pctm̄ ſuſcipiens:
ꝫ carnem peccati ſine aliq̃ iniuria pollutio
nis aſſumēs. De hoc xp̄o deo ⁊ hoīe peccati
deſtructore q̃dā pr̃m ſic ait. Ita e viſceri
bus mr̄is eſt editus vt fecūditas pareret ⁊
ꝟginitas pmāeret: ñ alteriꝰ tn̄ nature erat
eiꝰ caro q̃ nr̄e. Non em̄ illi alio q̃ ceterꝭ ho
minibꝰ aīa ē inſpirata pncipio q̃ excelleret
ñ diuerſitate gn̄is ꝫ ſublimitate virtutis.
Ex q̃bus verbis ppendimꝰ anīam chriſti
eiuſdē nature eē: cuiꝰ ⁊ noſtre ſūt anime.
ꝫ cū nr̄e ⁊ originali peccato ⁊ actuali ſint i
fecte: illiꝰ aīam credimus firmiter ⁊ tene
mus om̄is peccati exptem fuiſſe.

Dominica decimaſeptima. S. lucā.

H Um intraret ieſus in domū
cuiuſdā principis phariſeo
rum ſabbato mādūcare pa
nē. ⁊ ipſi obſeruabant eū. Et
ecce hō quidā hydropicꝰ erat añ illum
ydropis morbus ab aquoſo humore vocablm
trahit. Grece eni ydor aqua vocat̃. Eſt aūt ſbcu
taneus de vitio veſice natus cū inflatione ⁊ an
helitu fetido. propriumqꝫ ē ydropici. q̃to magis
habūdat humore inordinato. tātō amplꝰ ſitire
Et ideo recte cōparat̃ ei quē fluxus carnaliū vo
luptatū exuberās aggrauat. comparatur et diuiti
auaro. qui q̃nto copioſior ē diuitijs qbꝰ non bn̄
vtit̃: tanto ardentius talia concupiſcit. Et re
ſpondens ieſus dixit ad legiſperitos et
phariſeos dicens. Si licet ſabbato cu
rare. At illi tacuerunt. Merito tacuerunt:
qui ſe cōtra dictum quicquid dixerint vidēt. Si
eni curare licet: cur obſeruāt ſi ſabbatum ſolue
rit. Si nō licet. cur pecora curant. Dixit dicens: pū.39
talis poſitio eſt qualis expectās expectaui ſigni
ficās pſeuerātiā loquētꝭ donec expleat qꝺ intēdit
Ipſe vero apphenſū ſanauit euꝫ ac di
miſit. Et reſpōdens ad illos dixit. Cu
ius veſtrum aſinꝰ aut bos in puteū ca
det. ⁊ nō cōtinuo extrahet illuꝫ die ſab
bati. Et non poterant ad hoc rn̄dere illi
Ideo añ phariſeos ydropicum ſanat. ⁊ mox cō
tra auariciam diſputat. vt p eius egritudinem
corpis in illis exp̄meretur egritudo mētis. ⁊ cor
poralis exemplo curatōis diſcerēt ſpūaliter cu
rari. Congruēter etiā ydropicū aīali qꝺ cecidit ī
puteū comparat. Humore eni laborat. Bos ⁊ aſi
nus ſapiētes et hebetes ſignificant. vel bos po
pulum ſignificat iugo legis attritū. aſinus gen
tilem populū nulla ratōne domitū q̃ſi aīal ſtoli
dum et brutū. Nos a puteo cōcupiſcentie ſalua
tor extrahit. omnes eni peccauerūt. Dicebat
I autē et ad inuitatos parabolam inten
dens quomodo primos accubitus eli
gerent dicens ad illos. Cum inuitatꝰ fu
eris ad nuptias non diſcumbas in pri
mo loco ne forte honoratior te ſit inui
tatus ab eo. ⁊ veniens is qui te et illum
vocauit et dicat tibi. Da huic locum.
Et tunc incipias cuꝫ rubore nouiſſimū
locum tenere. Intendens quomodo ꝺ pmis
accubitibus laborent vel intendens ī doctrina
ſua quomodo debeāt accubitus in eccleſia elige
re docet humilitatem non ſolum apud deum ſꝫ
etiam apud homines. Et quoniam hec adme

nitio ab euangeliſta vocatur parabola intuen-
dum eſt quid deſignet. Nuptie ſunt coniunctio
chriſti ꝛ eccleſie. Unde matheus ait in. xxij. cap.
Simile factū ē regnū celorū homi regi qui fecit
math. 22 nuptias filio ſuo. Ad has nuptias quilibet in-
uitatus. i. eccleſie membris cōiunctus nō diſcū
bat in primo loco. hoc eſt: nō extollat ſe glorian-
do de meritis ſuis quaſi ſit ſublimioꝛ ceteris.
Studeat veſte nuptiali veſtiri. i. hoc virtutū ful-
goꝛe coruſcare ſed cū humilitate. Honoꝛatioꝛi
inuitato dat locū qui ꝺ alijs melioꝛa cognoſcēs
quicquid de ſua operatōe celſū ſentiebat parua
reputat. ꝛ cum propheta ſe humiliat dicens.
Pauper ſū ego ꝛ in laboꝛibus a iuuētute mea:
exaltatus aūt humiliatus ſum ꝛ conturbatus.
Merito cum ruboꝛe penitēs nouiſſimum locū
ī eccleſia tenet qui ſe ſuꝑ alios exaltat pluſq̄ dꝫ.
**Sed cum vocatus fueris ad nuptias:**
**recūbe in nouiſſimo loco: vt cū venerit**
**qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcen-**
**de ſuperius: ꝛ erit tibi gloria coram ſil̕**
**diſcumbentibus.** Quanto magnus es: hu-
milia te in omnibus cū pſalmiſta dicens. Hu-
miliatus ſum vſqꝫ quaqꝫ. Ueniens dn̄s ad iudi-
ciū vel ad quotidianam viſitationē eccleſie pre-
cipit aſcendere quem magis inuenerit ſe humi-
liare. Unde illud. Quicunqꝫ humiliauerit ſe ſicꝫ
paruulꝰ: hic maioꝛ ē in regno celoꝛuꝫ. Pulchꝛe
dicitur. Tūc erit tibi gloꝛia: ne nūc ad plenū vel̕
recipere quod tibi ſeruatur ī fine. Hinc ſalomō
ait. Hereditas ad quam feſtinatur in pꝛincipio
in nouiſſimo carebit benedictione. In hac etiaꝫ
vita humilis ſublimatur in eccleſia ad maioꝛa
dona ſancti ſpiritus impetranda. Quia om̄is
qui ſe exaltat humiliabitur: ꝛ q̇ ſe humiliat ex-
altabitur. Qui ſe incaute de meritis alleuat: hu
miliabitur a dn̄o: ꝛ ſi nō corā hominibus: ꝛ q̇ pro
uide ſe de benefactis humiliat exaltabit̕ ab eo.

## De auaricia et eius remedio.

Auaricia multis ꝛ ineffabilibꝰ mo
dis humanū genus atterens et in
feſtans: ꝛ ipſa de ſuꝑbia quodam
mō originem trahēs mentē homīs allicit:
vt exterioꝛa et viſibilia bona ſola diligat
ꝯcupiſcat ꝛ ea ſumma credat: ac varijs cu
ris ad ea acquirenda multiplicāda cuſto-
diendaqꝫ animū ꝛ laboꝛes impendat. Nō
nullos enī ita deſiderio eoꝝ facit exarde-
ſcere: vt ea etiā ꝑ ſcelus acquirere vel ven-
dicare nō timentes: bella: homicidia: rapi
nas: violentias: ꝑ̄das: ſacrilegia: furta: fal
ſa teſtimonia: ꝑiuria: fraudes: mendacia:
lites: rixas: oppꝛ̄ſſiones ſuoꝛū vel quoꝛūli-
bet inferioꝝ: inhumanitates: ꝓximoꝝ de-
ceptiones et alia hmōi ad leſionē ꝓximi
ſeu contemptū dei ꝑtinentia: exercere non
ꝑtimeſcant. Alios vero quos ad tam ſcele XX
rata ſeducere nō poteſt: tn̄ turpis lucri cu
pidos et inſatiabiles efficiēs: res ſuas vſu
ris ꝛ fenoꝛibus multiplicare: mercimonijs
non equis iugiter inſudare: omnes curas
laboꝛes ꝛ intentionem: ipſamqꝫ vitam ſuā
ſpe ꝛ appetitu multiplicande rei familiaris
impendere quaſi abſqꝫ pꝛoximi leſione: et
ideo etiā veluti ſine peccato inſtigat. Ali-
os qui etiā in hac parte ſuadenti reſiſtunt
non adhuc deſerens ſuggerit: vt ipa q̇ do-
no dei hereditate: aut alicuius liberalita-
te honeſte ꝛ ſine peccato accepta poſſident
quāuis multiplicare per aliquod peccatū
vel augere non appetant: tamē plus iuſto
diligant: ꝛ in eis fruendis ſpē ſuam et de-
lectationem conſolationemqꝫ ponant: vel
in eoꝛum qualicunqꝫ amiſſiōe ſeu diminu-
tione plus equo triſtentur ꝛ doleant: vel
in eoꝛum repoſitione: aut in poſterum re-
ſeruatione nimis tenaces cauti parciqꝫ cu
ſtodes indigentibus ea pꝛoximis largiri
pꝛo facultate ſua renuant: vel quaſi ſub
ſpecie frugalitatis et parſimonie: fugaqꝫ
effuſionis: opibus adeo ad vſum neceſſari
um tam ſui q̄ꝫ ꝓximoꝛum conceſſis: quaſi
ſacris ꝛ non tangendis parcant: vel certe
futurā inopiam contra pꝛeceptum domi-
ni plus q̄ꝫ neceſſe eſt foꝛmidātes: et de cra- math 6
ſtino. id eſt futuro tempoꝛe ſollicite ꝛ ſuꝑ
flue cogitantes pꝛomiſſionibus eius qui-
bus neceſſaria pollicitus eſt increduli vel
diffidentes appareant. Ipſos quoqꝫ q̇ con
ſiliū dn̄i quaſi ſecuti cunctis que poſſidēt:
abꝛenunciare videntur impellit: vt aut ꝑ-
tem ſibi imperfecte abꝛenūciantes retine-
ant: aut ea que pꝛoꝛſus dimiſerant denuo
veſana apoſtaſia cōcupiſcāt: aut certe plu-
ra q̄ꝫ vel pꝛius habuerant affectent. Alios
ad hoc adducit: vt ſub obtētu relicti ſecli
vel ſpecie religionis: vel occaſione eccleſia
ſtici oꝛdinis vel multoꝛum pꝛocurationis
vel elemoſinarum largitionis: vel alicuiꝰ
edificij ad pium cultum pertinentis: ipſi
diuitijs locupletari appetant. Deniqꝫ cupi
ditas atqꝫ ſuperbia in tantū vnum ſūt ma
lum: vt nec ſuperbus ſine cupiditate: nec
ſine ſuperbia poſſit inueniri cupidus. Si
enī aliquod peccatum perpetrare nō poſ-
ſum: niſi mee delectationi conſentiam: qꝺ
cupiditatis eſt pꝛopꝛiuꝫ: ꝛ dei pꝛecepta cō
temnam: quod eſt ſuperbie maluꝫ: quō nō 1. thi. 6
ex cupiditate que eſt radix maloꝛū omni-

XX um et ex ſuperbia que initiũ omnis pecca
ti dicit̃ ꝓcedit omne peccatũ. Si enĩ cupi
ditas amor ē cuiuſlibet rei illicite vł amor
habendi plus ꝙ oportet: nullũ peccatum
ſine cupiditate cõmittit̃. Quid vero aua
rius eſt illo cui nõ ſufficit deus: ⁊ qui bo-
L nõ vniuerſo plus appetit Aduerſus hãc
igit̃ furiã his et ſimilibus verſutijs arma
tam: Caritas: miſericordia: largitas: beni
gnitas: ꝯtemptus diuitiarum: ⁊ volunta-
ria paupertas mentẽ hominis defendere
parantes: duz vanitatem ⁊ incertitudinẽ
omniũ p̃ſentium rerum ipſius quoqꝫ vite
noſtre breuitatem ⁊ dubietatem demon-
ſtrant: dum nature paucula poſtulantis:
et victu tantũ veſtituqꝫ iuxta apoſtolũ cõ
tente mediocritatem intimant: pias men-
tes facile adducunt: ne ꝓ vili incepta ⁊ ſu
perflua qualibet re: graue certũ et dãna-
bile aliquod crimen ſeu peccatũ incurren
tes: iuſte damnandi diuinorum tranſgreſ
ſores p̃ceptorum fiant. Que etiã dũ ſtul-
tiſſima eſſe docuerint: vt intentionẽ nr̃am
curas: ſtudia: ſeruitia: labores: quib⁹ etiã
minus impenſis: eternã gloriã diuitiaſqꝫ
perennis vite ꝓmereri potuiſſemus: pro ca
duce ⁊ fumaticem rei vana ſpe incaſſuz ꝑ-
damus: profecto ſi ſapiens minus pro his
vaneſcentibus nugis ampliuſqꝫ pro ꝑma
nentibus bonis ſatagere et ſeruire ſtude-
bimus: maxime cuz ipſe domin⁹ dicat. Nõ
poteſtis deo ſeruire et mãmone: ⁊ cũ ſcrip
tura iterũ dicat. Qui amat pecunias: fru
ctus non capiet ex eis. Et iterum. Auaro
nihil eſt ſceleſtius: nihilqꝫ iniqui⁹: ꝙ ama
re pecuniam: ⁊ quoniã auari ⁊ rapaces re
gnum dei non poſſidebunt: ⁊ ve vobis di
uitibus qui habetis conſolationem veſtrã
Et cum ipſis inculcantibus fixum corde te
nemus: qꝺ quelibet bona nobis a deo pro
vſura in preſenti accomodata: non vt aua
re recondamus accepimus: ſed vt neceſſa-
rijs vſibus noſtris ſuꝑflua indigentibus
proximis fideliter diſtribuamus: ipſiqꝫ dõ
inde ſeruire ſatagamus: nimirum ſicut ip
ſe iuſſit: neceſſitatem proximoꝝ noſtram
reputantes: vt fideles diſpẽſatores ex cõ-
munis dñi donis eis vt poſſum⁹ opem feri
mus eiſqꝫ potius ſua ex debito reddimus
ꝙ noſtra tribuim⁹: quia ſi hoc quidẽ non
fecerimus: non vt ꝓpriarũ rerũ cauti con
ſeruatores: ſed vt alienarũ iniqui frauda
tores et violenti raptores ex diuino iudi-
cio iuſte vltioni ſubiacebimus. Ipſe quoqꝫ
ꝑſuadent ꝑniciosiora ⁊ a remedijs longin
quiora eſſe vitia: que ſub ſpecie virtutum
emergunt: ꝙ illa que ex aperto exeũt: pro
carnali voluptate. Hi nãqꝫ velut palaz ex
poſiti ac manifeſti languores: ⁊ arguũtur
cõminus ⁊ ſanantur Illud nãqꝫ valde M
ridiculoſum eſt: qꝺ nõnulli poſt illũ p̃me
abrenuntiationis ardorem: quo res fami
liares vel opes plurimas ac miliciã ſecu-
li reliquerunt: tanto ſtudio in his que pe
nitus nequeunt in ſuo ordine non haberi
q̃uis parua viliaqꝫ ſint eſſe deuinctos vt
horum cura priſtinarũ omniũ facultatum
ſuꝑet poſſeſſionẽ. Quib⁹ profecto paruz
proderit maiores opes ꝯtempſiſſe: qꝛ affe
ctus eorum ob quos ille ꝯtemnende ſunt:
in res paruas atqꝫ exiguas tranſtulerũt.
Nam vitium cupiditatis ⁊ auaricie qꝺ er
ga ſpecies precioſas exercere non poſſunt
circa viliores materias retinentes non ab
ſcidiſſe: ſed cõmutaſſe ſe probant priſtinã
poſſeſſionem. Nam nimia deuincti diligẽ
tia: erga curã ſportelle: ſagelli: codicis: ali
arumqꝫ ſimiliũ rerũ: q̃uis viliſſimarũ: ea
dem tamẽ qua antea libidine detinentur.
Que etiaz tanta emulatione cuſtodiũt at
qꝫ defendunt: vt pro ipſis aduerſus fratrũ
cõmoueri ſe: ⁊ qꝺ eſt turpius etiã litigare
non pudeat. In hoc quoqꝫ ſui cordis aua
ritiã deſignant: cum vel ea quibus vti ne
ceſſe eſt propenſius ſtudent habere ꝙ ce
teri: vel excedentes diligentie modũ pecu
liarius ea attentiuſqꝫ cuſtodiũt ⁊ ab alioꝝ
ꝯtrectatione defendunt: que vniuerſis fra
tribus deberent eẽ cõmunia: quaſi xp̃o dif
ferentia tantũmodo metalloꝝ et non ipſa
paſſio cupiditatis habeatur innoxa ⁊ pro
rebus quidẽ magnis iraſci non liceat pro
vilioribus vero hoc ipſm feciſſe ſine culpa
ſit: et non idcirco p̃cioſiores abiecerimus
materias quo facili⁹ diſcerem⁹ viliora con
tẽnere. Quid enĩ differt: vtꝝ qs ꝑturbati
onẽ cupiditatꝭ erga opes amplas atqꝫ ma-
gnificas: ſeu erga viliores exerceat ſpẽs: ni
ſi qꝺ ĩ eo rep̃hẽſibilior iudicãdus ē: q̃ quiꝺ
maxima ſꝑuit nimis obliget̃. Ideoqꝫ ꝑfe-
ctionẽ cordis abrenũciatõ iſta nõ obtinet.
qꝛ cũ cenſũ habeat pauꝑis: nõ abiecit diui
tis volũtatẽ. De duob⁹ gn̄ib⁹ hũilitatꝭ.
Duo ſũt genera humilitatis. Pri-
o mũ ad ſe. Secũdũ ad alios. Humi N
militas ad ſe eſt qua q̃ſqꝫ de ſemet

ipſo parua exiſtimat: humilitas ad alios
eſt: q̄ bona illorū hō ſine inuidia ⁊ liuore
cōmendat. Per primā humilitatē peſſe n̄
cupit: p ſecundā ſubeſſe nō cōtemnit. Hu
militas facit vt ſua occulta homo non ab-
ſcondat: pietas facit vt aliena occulta iu-
dicare n̄ p̄ſumat. Hūilitas fac̄ vt mala ſua
hō nō excuſet: pietas facit vt mala aliena
non aggrauet. Itē humilitas facit vt que
in ſe latent: ſm veritatē iudicet: pietas fa
cit vt que in alijs nō patent ad meliorem
partē inclinet. Hinc eſt ꝙ ſancti viri ſemet
ipos tam diſtricte dijudicāt: ⁊ cunctos ſi-
bi merito ante ponēdos putant. Vident
eni et que manifeſta ſunt ſua et que occul
ta: aliorū autē manifeſta tm̄. Cū itaqꝫ de
alienis occultis iudicare nō p̄ſumant niſi
q̄ntū pietatē monēte bona eſſe exiſtimāt:
plura ſunt que in ſe mala vident: vbi ⁊ ma
nifeſta ⁊ occulta vident: ꝗ̄ q̄ in alijs vidēt
vbi manifeſta tm̄ vidēt. Nā ⁊ ſi qn̄ quedā
occulta aliena ex manifeſtis dep̄hendunt
ſua tamē diſtricte p veritatē iudicant: illa
aūt p pietatē iudicare niſi excuſando non
p̄ſumunt. Hinc ꝗ̄o fit vt inferiores ſe cun
ctis exiſtiment ⁊ hoc illis ſentire dulce ſit:
qḋ ſua mala aggrauare ⁊ aliorū alleuiare
poſſint. D Verū et hoc notandū ē: qualez
humilitatē ſcripturas legentes debeāt ha
bere. Principiū itaqꝫ lr̄alis diſcipline hu
militas ē. Cui⁹ cum multa ſint documēta
ephe. 5. P hriſtus dilexit eccleſiam et ſeipſū tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret: mundās lauacro aque in verbo vite: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habētem maculam neqʒ rugā: ſed vt ſit ſancta et īmaculata. Audite frēs chariſſimi aplm̄ paulum nuncium nr̄e exaltationis: preconem noſtre dignitatis. Audite quanto vel quali amore chriſtus coniunctus eſt eccleſie: quātā grām oſtēdit in vobis ſue miſericordie. Ait enī. Chriſtus dilexit eccleſiam ex gratuita bonitate: non ex meritorum ꝓceſſione: quia prior dilexit nos. Sed quantū dilexerit audite. Seipſum tradidit pro ea: et ꝓ eius redemptōe Non miſit prophetam: non angelū: nō archangelum: ſꝫ vt bonus paſtor poſuit animam ſuam ꝓ ouibus ſuis: vt ſe humiliando: nos ad humilitatem ſuam inuitaret. Humiliauit enī ſe vſqʒ ad mortē: ⁊ cetera. hoc eſt ad mortē latronis. Ideo ꝑus ſe tradidit: vt poſtea illā ſanctificaret: mundās lauacro aque baptiſmatis. Nihil enī poteſtatis accipet vnda baptiſmatis: niſi ex effuſione ſanguinis aqua ſanctificaretur in officium purgatiōis. Dicit igit nata eccleſia de latere chriſti. Quod miſterium ab initio mundi fuit in adam prefiguratum.
gen. 2. Immiſit enī dominus ſoporem in adam: ⁊ tulit vnam de coſtis eius: ⁊ fecit mulierē Dormitio ade: mortem chriſti ſignificat. Quo in cruce pendente: ſanguis et aqua de latere eius fluxerunt. Que duo ſacramenta ſunt ortus eccleſie. Noe etiā archā
gen. 6. faciens in diluuio: in latere oſtium fabricauit: qꝛ archa. i. eccleſia oſtiū fidei ⁊ ſalutis de latere chriſti habuit. Unde dn̄o in canticis ait. Surge amica mea ⁊ veni colum- Canti. 2.
ba mea in foraminib⁹ petre. Surge a corruptione vitiorum ⁊ veni per operationem bonā: conſidēs in foraminibus petre. Foramina petre vulnera chriſti ſunt: qui eſt petra. id eſt firmitas eccleſie. Unde apl's. ephe. 5
Petra autē erat chriſtus. Ideo igit ꝑmiſit apl's: q deus tradidit ſe: ⁊ poſtea ſubiūxit: vt ſanctificaret lauacro baptiſmatis: Sequit. In verbo vite: quia nobis redēptis baptizatis: verbū: id eſt ꝑcepta dn̄i neceſſaria ſunt que ſunt vite: quia non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo dei
Ideo ad oſtiū tabernaculi erat poſita mē- Leui. 24
ſa ꝓpoſitionis: ſup quā erant. xij. panes: quia ingredientibus eccleſiam neceſſaria eſt eſca doctrine ⁊ menſa diuinarū ſcripturarum: in quibus ſententie. xij. apl'orum continent: qui p. xij. panes ſignificant. Et iō ſanctificauit vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam per īmortalitatē non habentē maculam magni peccati: neqꝫ rugam alicui⁹ liuoris: ſed ſancta virtutib⁹ ⁊ īmaculata a vitijs. Uult enī domin⁹ īmunda aula habitare: decore virtutū ornata. Unde pſalmiſta. Dn̄e dilexi decorem domus tue. Et alibi ait dauid ad eccleſiam. Et cōcupiſcet rex decorem tuū. Huic autē eccleſie ita dilecte et dn̄o deſponſate: thalamū ⁊ domū conſtituit deus in qua cū ſponſo ſuo delectetur per ꝑdicationis doctrinam: ⁊ lapſa reconciliet p confeſſionē ⁊ penitentiam

Q Hic locus fratres cariſſimi vbi mō cōuenitis: vocat eccleſia ſiue baſilica. Eccleſia conuocatio interpretatur: quia hic omnes inſimul conuocantur: vt deſignent: qꝛ omnes in eadē fide ⁊ dilectione vniti vnū corpus fiunt. Baſilica quia regalis dom⁹ eſt: baſileus eīn rex dicit grece: quia hic eſt inhabitatio veri regis. Ipa cōpoſitio domus: vos ad vite vr̄e inſtitutionē commonet recordandā. Sunt enī in edificio hui⁹ materialis eccleſie diuerſa mēbra: q aliqd in nobis notare vident. Eſt enī in hac eccleſia caput: turris cū campanis: columne ſuſtentātes: feneſtre: oſtiū: duo parietes: lapides ſinguli colligati cū cemēto: q omnia miſtice aliquid in nobis deſignāt. Caput enī chriſtū ſignificat: q eſt caput eccleſie vt ait apl's: in quo eſt theſaurus diuinorū ſecretorum recōdit⁹. Caput enī ideo humili⁹

eſt.corpe:q; humiliauit ſe chriſt⁹ carnem
phil.2. ſerui accipiẽs: a deo ꝙ minor fieret angel'
ſm humanitatẽ. Quãdiu minor angelis
fuit paſſibilis effectus ẽ:ſed poſt reſurre-
ctionẽ eleuatus ẽ ſup angelos. Que vtra
ps.8 ꝗ; deſignat dauid dicẽs:minuiſti eũ pau-
lomin⁹ ab angelis:q; natura hũana:paſſi
bilis:corruptibilis:mortalis:angelica mi
nor erat:ſed poſt reſurrectionẽ q; ĩmorta-
litatis honore coronaſti eũ ⁊ ꝯſtituiſti eũ
ſu.o.ma.tuarꝫ.i. ſup angelos ⁊ hoĩes qui
ꝓprie opa dei videñt ꝓpter dignitatẽ ſu
am:q; rationales ſunt:q̃ſi de⁹ ꝓprijs ma-
nibus eos creaſſet:Turris ẽ ꝯfeſſio ⁊ peni
tẽtia:ad quã captiui refugiũ habẽt.Cim-
bala ſunt ſacerdotes qui ſũt p̃cones eccl'ie
et ad ꝯfeſſionẽ hoĩes iuitãt. Vñ ãmonet
p eſaiã. Clama ne ceſſes:quaſi tuba exal-
ta vocẽ tuam. Et iterũ:Audies d̃ ore meo
verba mea:⁊ annũciabis eis ex me. Colũ-
ne eccleſie ſunt p̃dicatores:qui p̃dicatione
ſua domũ dei ſuſtentãt. Argẽtee:q; predi
cationis verbo renitent. Argentũ eſt me-
tallũ:nitidũ ⁊ ſonorũ. Vñ p argentũ elo-
quium nitidũ et ſonorum intelligiꝉ:dicen
te dauid. Eloq̃a dñi:eloquia caſta.⁊c̃. Fe
neſtre:diuine ſcripture accipiuñt: p quas
ſol iuſticie.id eſt chriſtus nobis lucet:nec
tñ in p̃ſenti apte eũ videmus. Vñ ap'lus.
Nunc videmus p ſpeculũ in enigmate. i.
in obſcuritate.vnde eccleſia in cãticis. Di
lectus me⁹ reſpiciens me p feneſtras:id ẽ
p aptas ſñias. Oſtiũ eſt fides:q; per eam
ingrediuñt homĩes ad eccleſiam. Duo pa
rietes:duo populi.i. iudaic⁹ ⁊ gẽtilis: de
quibus ꝯuerſis ꝯſtituta ẽ eccleſia Singu-
li lapides ſunt ſinguli fideles:qui ꝯligun
tur cemẽto pacis. vñ ap'ls. Seruate vnita
tem ſpũs:in vinculo pacis Itaqꝫ non ſolũ
valet locus iſte ad ſacra p agenda:ſed per
R vtilis eſt in edificatiõe Preterea tñ eſt
valde venerabilis loc⁹ iſte:q; corp⁹ ⁊ ſan
guis dñi ibi ad nr̃am ſalutem ſanctificañt
Ibi pueri baptizañt:ibi peccatores recon
ciliantur:ibi anime paſcuñt. Unde ſcrip-
tum eſt. Domus mea dom⁹ o.vo. Quid ĩ
ea eſſet faciẽdum dauid p̃miſit. Introibo
in domum tuam:⁊ cetera. Adeo autẽ taꝫ
venerabilis eſt:ꝙ dominus ingrediẽs hie
ruſalem ſemper diuertebat ad templum:
dans nobis exemplum: quia quando in-
gredimur ciuitates prius eccleſia petẽda
eſt. Unde diciꝉ in euãgelio. Cũ intraſſet
ieſus hieruſalẽ intrauit in templũ:⁊ dedi
cauit domũ ſuã in officiũ oratiõis: vẽden
tes ⁊ ementes de templo eiciendo dicens.
Domus mea ⁊c̃. Qua accuſatione:a iude
is tent⁹ ⁊ crucifixus eſt. Cũ eni iudei vide
rent eum tantã poteſtatẽ habuiſſe q̃d funi
culo eieciſſet eos de templo:aſpirauerunt ps.68
in eum.vñ p dauid dixit. zelus dom⁹ tue
comedit me ſcꝫ amor eccleſie mee q̃ꝫ defen
di:comedit me:⁊ fuit cauſa mee mortꝭ. Sꝫ
diabolus p filios ſuos p membra ſua eccle
ſiam omnib⁹ modis infeſtat:filios etiã ec
cleſie quos generauit quos nutriuit ĩ mor
tem ſuã excitat. Vñ et queriꝉ mat:dicens
in canticis. Filij matris mee pugnauerũt
ꝯtra me:et alibi. Filios enutriui ⁊ exalta-
ui:⁊ cetera. Que maior deſpectio:que ma
ior violatio: que maior temeritas:q̃ꝫ in lo
co ſancto:in aula dei:in templo ſancto:ſã-
ctis miniſtrio eccleſie inſidiari. De his cla
mat ap'ls. Qui violauerit templũ dei:diſ
perdet illum deus.

## Sermo in dedicatione

b Odierne diei feſtiuitas vicꝫ ſan- H
cti templi dedicatio longe anteq̃ꝫ
fieret ab ezechiele ꝓpheta p ſpiri
tũ ſanctũ p̃uiſa ⁊ p̃nunciata eẽ: verbis ip-
ſius declaraꝉ. Ait eni ĩ vltima ſui libri vi-
ſione:q; aſſumptus a ſpũ ductus eſt ĩ mõ
tem excelſum valde:⁊ oſtendebaꝉ ei qua-
ſi edificiũ ciuitatis vergentis ad auſtrum
Et erat ibi vir ſtans in porta habens ſpe- ezech.40
ciẽ quaſi eris: et in manu eius quaſi cala-
mus menſure:⁊ locutus ẽ ei dicens. Vi-
de et ĩtellige. Alibi quoqꝫ idẽ ezechiel de
cõſecratione tabernaculi ſub ſpecie mulie
ris iudee loquiꝉ dicens. Laui te aqua:vn ezech.16.
xi te oleo:veſtiui te diſcoloribus:⁊ ecce fa
cta es mihi. Scitis dilectiſſimi q̃d montes
de terra ſunt:tamẽ altitudine ſua terrã ex
cedunt: et p hos ſignificañt illi qui tanq̃ꝫ
lapides viui:in edificio dei ſunt collocan-
di. Hi vero tales quãuis ſint participes a-
liorꝫ p infirmitatẽ carnis: tamẽ excedunt
alios altitudine ſanctitatis. De quib⁹ da-
uid ꝓpheta dicit Leuaui oculos meos in
montes. Lapidibus etiam viuis bene cõ
parantur:quia ſicut lapides multis prius
tunſionibus conquadrañt et poliuntur:
vt ſic tandem ſine ſtrepitu ⁊ ſonore in edi-
ficio poſſunt aptari: ſic ſancti in hac vita
multis tribulatiõibus opprimuñt ⁊ diuer
ſis ꝑſecutiõibus quaſi malleis explanañt:

vt in edificio eterne domus ſine mora et
heſitatione digni ſint collocari. Qđ totuȝ
p̄figuratū eſt in edificatōe templi ſalomo
nis: in quo nō fuit auditus ſonitꝰ mallei
vel ſecuris. Quia vero ꝓpheta dicit ſe aſ
ſumptū in montē excelſum valde: nō ſan-
ctos ꝑ hunc montem ſed mediatorē dei et
hoīm ieſū chriſtū debere itelligi demōſtra
uit. De q̄ ꝑ aliū ꝓphām dr̄. Erit in nouiſſi
mis diebꝰ p̄paratꝰ mons domꝰ dn̄i in verti
ce montiū: et eleuabit̄ ſuꝑ colles: hoc ē ita
vt ſit caput ꝛ vertex alioꝝ montium. Qui
ꝗuis ſit factus particeps noſtre humani-
tatis: tn̄ omnes ſanctos excedit eminētia
deitatis. Suꝑ hunc montē ꝓpheta addu
ctus eſt: hoc eſt in ſide chriſti poſitus ꝛ cō
firmatus. Que fides: ſacramentū eccleſie
eſt: de quo apl's ait: fundamentū aliud ne
mo poteſt ponere p̄ter id qđ poſitū ē: qđ ē
chriſtus ieſus. Eſaias de eodē. Liberabit
nos poſt duos dies. Et itē ip̄e. Lāguores
nr̄os tulit: ꝛ dolores portauit. Et de hoc
fundamento dicit petro. Tu es petrus et
ſuꝑ hanc petram edificabo eccleſiā meaȝ:
id ē ſuꝑ hanc fidē quā ꝯfeſſus es edifica-
bo eccleſiā meā. Confeſſus enī fuerat deū
et hominē. Sine hoc fundamēto nemo ad
p̄dictū edificiū ꝑuenire poterit. Huic fun
damento ꝓpheta innixus ꝛ ſpū ſancto re-
pletus: vidit edificiū ciuitatis vergentis
ad auſtrum. Sciendum eſt ꝙ auſter ꝛ aq-
lo: ſunt cōtrarij venti et loci poſitiōe ꝛ op
poſitarū qualitatū diffra. Aquilo frigiduſ
eſt: ꝛ ſignificat diabolum: qui mentes pra
uorum hominū frigore ꝯgelatas tm̄ inha-
bitat: qui ꝑ aquilonē bene ſignificat̄: quia
ip̄e dixit. Ponā ſedem meā ad aquilonē.
Auſter aūt calidus eſt: ꝛ ſignificat ſpiritū
ſanctū. Unde dicit̄. Surge aquilo ꝛ veni
auſter: perfla ortuȝ meum et fluent aroma
ta illius. Surge aquilo: id eſt recede dia-
bole: et veni auſter id eſt ſancte ſpūs. Or-
tus ſponſi eccleſia eſt: que virtute ſpiritꝰ
ſancti ꝓcedit in augmētū virtutū. Recte
ergo ciuitas ad auſtrum dicitur vergere
id eſt ſpiritui ſancto apparere: quia eius ꝓ
tectione et virtute tota machina celeſtis
T edificij continet̄ et regitur. De ordine
edificij ſciendnm eſt: ꝙ queādmodū ī cor-
porali machina ſunt tres diuerſitates la-
pidum: ita et in ſpiritali edificio. Quidā
enī ibi lapides ſunt qui tantū portāt: qui-
dam qui tantū portant̄: quidā qui portāt
et portant̄. Qui tantū portant ſunt primi XXIII
tiui in eccleſia vt apoſtoli et ꝓphete: qui
ab alijs non ſunt portati. Qui tantū por-
tantur ſicut vltimi felices erunt. Qui ve
ro portant ꝛ portantur: ſunt preſentis tē-
poris doctores et p̄dicatores. Notandum apoca. 12
quoqȝ: qđ horū triū ordinum ſcȝ electoruȝ
merita diſtinguunt̄ ꝑ. xij. gemmas: in. xij.
fundamētis celeſtis ciuitatis deſcriptas.
Primus itaqȝ lapis ponitur iaſpis colore
viridi: qui p̄fert virorem fidei. Qui ſcuto
fidei ſunt vitia et demonia expugnantes:
erunt in hoc edificio vt iaſpis vernantes.
Secundus ſaphirus aerij coloris locatur:
per quem ſpes celeſtiū denotat̄: Qui igit̄
ſunt ſpe gaudentes: erunt in hoc edificio
vt ſaphirus lucētes. Tercius eſt calcedo
nius habens ignis effigiē in publico ſub
rutilans in nubilo dans fulgorē: deſignat
bona opera propter fauorem popl'i occul-
tantes: in ſecreto aūt fraterno amore ardē
tes: hi erūt in hoc edificio vt calcedonius
ſplendentes. Quartus ſmaragdus ſuper
ponitur: cuius viriditas herbas ꝛ frondeſ
trāſgredit̄: demonſtrās eos q̄ ꝑ ſummā fi-
dem ſigna ꝛ mirabilia ſūt oꝑantes: hi erūt
in hoc edificio vt ſmaragdus choruſcātes.
Quintus ſequit̄ ſardonixꝰ: q̄ inſignit̄ tri-
bus coloribus nigro: albo: ꝛ rubeo: deſig-
nans eos: q̄ humilitate nigreſcūt: caſtitate
albeſcūt: aduerſitatem a proximis patien
ter ferendo charitate rubeſcunt: eo ꝙ hi in
celeſti edificio vt ſardonius fulgeſcunt.
Sextus eſt ſardius color̄ ſanguineus: hic
indicat martires: qui in hoc edificio erunt
vt ſardius radiantes. Septimus eſt chri-
ſolitus: qui eſt auricolor: ꝛ ſcintillat velut
clibanus: inſinuans eos qui ſunt ſapiētia
flammantes varijs ſententijs ſcintillantes
qui erunt in hoc edificio vt chriſolitus ru-
tilantes. Octauus ſuperadditur: berillus
qui eſt vt ſol in aqua limpidus: preferens
eos qui ſunt pura mente ſpiritalibus intē
dentes: qui erunt in hoc edificio vt beril-
lus nitentes. Nonus ſcribitur topazius:
varijs coloribus: ſed maxīe aureo ꝛ aereo
preclarus ſignificans eos qui in contēpla
tiua vita ſunt ſapientia micantes: celeſtia
toto corde deſiderantes: ꝛ bonis operibus
vernantes: qui erunt ī ethereo edificio: vt
topazius fulgurantes. Decimus eſt chriſo
praſus viridis ꝛ aurei coloris flāmas emit
tēs aureas: notulaſqȝ purpureas: intimās

fide virentes charitate feruentes flãmas ſententiarum ſapientie ac notulas bonoꝝ exemploꝝ emittentes: qui erũt ĩ hoc edificio: vt chriſopraſus fulgentes. Undecimus eſt iacinctus colore ceruleo: qui in ſerenitate eſt decorus: in tempeſtate eſt obſcurus: deſignat diſcretione preditos ſcḿ temporis qualitatem: mores ſuos ſine culpa mutantes: qui erũt in hoc edificio vt iacinctꝰ micãtes. Duodecimꝰ ponitᷣ ametiſtꝰ purpureus colore violaceus: punctis aureis interlitus: preferens mundi contemptores chriſto commorientes: bonis actibꝰ florentes: qui erunt in celeſti edificio vt ametiſtus reſplendentes. He ſunt duodecĩ gẽme: in quibus vt prefatum eſt: diſtinguũtᷣ merita electorum.

Diuiſio.

VIr quem ezechiel viderat cum ſibi oſtenderetur edificium ciuitatis: ⁊ ſtabat in porta: ac habebat ſpeciem quaſi eris: chriſtum ſignificat: qui fuit contra proſpera et aduerſa firmus. Hic in porta ſtare dicitur. Unde in canticis. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciẽs per feneſtras: proſpiciens per cancellos. In chriſto enim due nature demõſtrantᷣ: quia ſicut ille qui ſtat in porta ex parte videtur: ⁊ ex parte occultatur: ſic chriſtꝰ ſcḿ alteram naturam viſibilis mũdo apparuit: ⁊ ſcḿ alteram inuiſibilis in ſua maieſtate permanſit. Et habebat ſpeciem quaſi eris Es valde ſonorum eſt: ⁊ natura durabile: ſic chriſti predicatio atqꝫ doctrina ſonora fuit: dum iudeos ⁊ gentes in vnum cõgregauit. Durabilis eſt perpetua: ſicut ipſe teſtatur: Celum ⁊ terra trãſibunt: verba aũt mea non tranſibunt. Et in manu eius calamus menſure. Per calamum ſcriptura ſignificatur. qꝛ antiquitus calamo ſcribebatᷣ. Hec ſcriptura bene menſura dicitur. qꝛ q̃ntum quiſqꝫ proficiat vel deficiat: eius preceptis cognoſcitur. Et menſura hec ĩ manu chriſti: id eſt in eius operatione eſſe dicitur. quia ſermo doctoris fruſtra laborat exterius niſi gratia ſpiritus ſancti mentẽ illuſtrẽ interius. De hoc calamo loquitur eſaias loquens de eccleſia. Orietur in ea viror calami ⁊ iunci. Per virorem calami lumen ſcripturarum: per virorem iunci: qui in aquis naſcitur: gratia ſpiritusſancti ſignificatur: qui in aquis datur baptizatꝭ. Et locutus eſt ei dicẽs. Uide ⁊ intellige. Per hoc ſignificatum eſt: ꝙ ad cognitionem huius edis peruenire non poteſt: niſi viſu interiori et intellectu ſpirituali. Sicut ſuperius diximus. idem ezechiel de conſecratione tabernaculi vel eccleſie taliter loquitᷣ dicens: Laui te aqua: vnxi te oleo: veſtiui te diſcoloribus: ⁊ ecce facta es mihi. Que oĩa ab epĩs fieri in his templis manufactis palam eſt. Quod tamẽ totum fit ꝓpter nos: qui templum dei ſumus. Uñ dicitᷣ Templum dei ſanctum eſt: quod eſtꝭ vos: Quiquid enĩ fit in templis manufactꝭ ab epiſcopis conſecrantibus: hoc totum ĩ templis animarum noſtrarum fieri debet a nobis: noſmet templum deo preparantibus. Igitur nunc dilectiſſimi conſideranda eſt nobis conſtructio templi dei: hoc eſt huiꝰ domus orationis: cuius hodie ſolennia colimus feſtiue dedicationis. Domus hec ſcḿ eccleſie ſtatum formatur: vñ et eccl'ia ꝙ conuocatio dicitur appellatur. quia in ea populus ad colendum ⁊ ad orandum vnũ ⁊ verum deum conuocatur. Quatuor parietibus compaginatur: ⁊ eccleſia ex quattuor euangelijs conſolidatur. Sãctuariũ habet in quo clerus: ⁊ anteriorem domum in quo populus conſiſtit. Item et eccleſia habet contemplatiuam vitam in qua ſpiritales habet: et actiuam vitam: in qua ꝯſtituti ſunt ſeculares. Contemplatiua vita ẽ cuncta terrena ꝓ dei amore relinquere: ſola celeſtia q̃rere: aſſidue orare: ſepe lectitare: hymnis et canticis iugiter deum laudare. Actiua vero vita eſt: caſtam vitam cum coniuge ducere: filios in dei timore nutrire: pauperes cibo ⁊ potu recreare: infirmos ⁊ viduas viſitare: ⁊ omnibus neceſſitatẽ patientibus propter dilectionem proximi pro viribus opem ferre. In ſanctuario eſt altare: in quo ſunt ſanctorum reliquie: hoc eſt: in eccleſia chriſtus: in cuius contemplatione requieſcunt mentes beatorum: ⁊ in cuius conſpectu iuſti exultent ⁊ epulentᷣ: ⁊ in leticia delectentur. Feneſtre quibus hec domus illuſtratur: ſunt doctores: p q̊s celeſte lumen in eccleſiam ingreditur. Laquear picture quo hec eccleſia dominicalis decoratur ſunt vite et exempla ſanctorum que quiqꝫ pij in eccleſia imitantᷣ. Continuum lumen quo illuminatur: eſt ſpiritusſãcti gratia: qua eccleſia iugiter irradiatur. Crux chriſti ħ fixa adoratur: ⁊ chriſti paſſio a cunctis chriſtianis veneratur. Quo

Ezech. 40

Cant. 2.

crux portat̃ ſequimur: q: chriſti veſtigia
ſequi debem⁹: ſi ad celeſte templũ venire
volum⁹. Turres ſunt eccleſie p̃lati: cam-
pane corꝫ p̄dicationes. De hac domo eie-
cit vendẽtes ⁊ emẽtes colũbas. Columbe
ſunt ſpiritalia dona. Omnes ḡ q̄ eccleſias
vel ordĩes: aut aliqđ ſpiritale donũ emũt
v'el vendũt: de hoc templo cũ ſymone ma-
go eiciunt̃ ⁊ in ignẽ eternũ mittunt̃. Hec
Y oĩa cariſſimi nos reſpiciũt: hec vniuerſa
ad exemplũ nobis facta ſunt. Nos ſumus
dei templũ ad habitaculũ dei dedicatum:
ſicut ſcriptũ eſt. Vos eſtis templum dei:
Et iterꝫ. Inhabitabo in eis dicit dñs: ⁊ ip
ſi erunt mihi in p̄plm: et ego ero illis in de
um. Ero eis quoqꝫ in p̄rem: ⁊ ipi mihi in
filios ⁊ filias. O quã beatus: in quo habi-
tat deus. Sicut nãqꝫ hec domus ex quat-
tuor parietib⁹ cõſtruit̃: ita templũ corpis
noſtri q̄ttuor elemẽtis ꝯficit̃. Et ſicut iſta
domus in dedicatione p̄us aqua benedi-
cta aſpergit̃: deinde chriſmate ꝯſecratur:
ita corpus nr̃m aqua baptiſmatis p̄us ab
luit̃: deinde ſancto chriſmate pungitur.
Quedã baſilice in modũ crucis fabrican-
tur: ⁊ corpus nr̃m in modũ crucis fabrica
tur. Sanctuariũ hui⁹ templi eſt mens no
ſtra: que ſpiritalia tractat. Anterior dom⁹
eſt aĩa: que p̄ ſenſus corpis vite neceſſa-
ria diſpenſat. Altare ſup qđ ſacrificia offe
runt̃ eſt cor noſtrũ: in quo munde cogita-
tiones et pure orationes deo incendunt̃.
Turris eſt caput noſtrũ: campana eſt lin-
gua qua ꝓximos debemus vocare ad cele
ſtia. In hac domo feneſtre ſunt oculi nr̃i:
pictura vero bona opera. Lumẽ lucerne
eſt lumen ſcientie. Sicut ergo ſacrilegiuꝫ
p̄petrat: qui hoc templũ violat: ita ⁊ quiu
qꝫ templum dei aliqua immundicia v'l ali
quo criminali peccato violauerit: hunc de
us diſperdens damnabit. Domus hec cũ
interi⁹ benedicit̃: cinere: ſale: vino: aqua:
yſopo: ſauina aſpergit̃. Per cinerem peni
tentia: per ſal: ſapiẽtia: per vinũ: ſp̄ualiuꝫ
intelligẽtia: per aquã: ꝓximorꝫ cura intel-
ligit̃. Cinere domũ noſtrã aſpgim⁹: ſi trãſ
acta mala p̄ penitẽtiã diluim⁹. Sale aſpgi
mus: ſi ſola celeſtia ſapimus. Vino aſper
gim⁹: ſi nos ſpiritalib⁹ inebriam⁹. Aquã
admiſcemus: ſi ꝓximorꝫ curã non negligi
mus. Yſopo et ſauina q̄ amare herbe ſunt
aſpergimus: ſi ieiunijs ⁊ vigilijs q̄ amara
ſunt vitia in nobis mortificamus

## De tribus dedicationibus. XXIII

d Edicatio templi: in magno hono- Z
re habebat̃ ante aduentũ chriſti.
Unde et tres dedicationes tẽpli
ante dñicam incarnationẽ referuntur cele
brate: cũ maxima deuotione plebis iudai-
ce. Prima ſiquideꝫ dedicatio a ſalomone
tempe autũni: media a zorobabel ⁊ iheſu
ſacerdote tempore veris. Ultima a iuda
machabeo facta dinoſcitur tempore hye-
mis. In hac inqꝫ dedicatione ſpecialiter le
gitur conſtitutum eſſe: vt eadem dedicatõ
per omnes annos reuocaretur: in memori
am ſolẽnibus officijs. Juxta quod vſqꝫ ad
tempus incarnationis dominice hanc ſolẽ
nitatẽ obſeruatã fuiſſe cõprobatur ex euã
gelica lectione. Ait eñi iohannes euangeli
ſta. Facta ſunt encenia hieroſolimis: ⁊ hy-
emps erat: ambulabatqꝫ ieſus in porticu
ſalomonis. Hec aũt fuit cauſa ſecũde ⁊ ter-
cie dedicationis. q: ſalomon templi quidẽ 3. Re. 8.
opus quod domino condidit ſeptem ãnis
perfecit. octauo aũt anno decima die men-
ſis ſeptimi: q̄ a nobis october appellatur:
hoc in magna gloria dedicauit. Que vide
licet dies ⁊ antea per legem erat ſtatuta ſo
lennis: ita: vt in ea tabernaculũ omne per
ſingulos annos maioribus hoſtijs expiari
deberet. Hoc deniqꝫ templum poſt annos
CCCCXXX. incenderunt chaldei: ⁊ hie-
roſolimorum vrbe deſtructa: iſraeliticum
populum in babiloniam abduxere capti-
uum. Quo poſt annos ſeptuaginta patri
am remiſſo: regnantibus perſis: rurſũ edi
ficatum eſt templum per annos. xlvj. ⁊ ter 1. Eſdr. 3
cia die menſis. xij. quem nos marcium vo-
camus: opus ad finem perductum: ⁊ verĩ
tempore dedicatum. Cui videlicet operi
tunc prefuerunt duces plebis ſtrennuiſſi-
mi: vt diximus: zorobabel de regio genere
⁊ ieſus ſacerdos magnus: ſed et prophete
aggeus ⁊ zacharias adiuuantes eos: atqꝫ
aduerſus inſidias hoſtium impedientiuꝫ
opus cor populi corroborantes. Inde p⁹
annos ferme. CCCLVI. rex nefandiſſim⁹
grecorum antiochus frauda capta hieru-
ſalem templum idem ſordibus ydolorum 1. mach. 4
profanauit: auferens inde ⁊ confringens
altare domini aureum: menſam propoſiti
onis: candelabrum luminis. ⁊ cetera vaſa
templi aurea que inuenire potuit: ſed ⁊ i
templo iouis ſimulachrum ſtatuens: po-
pulum tormentis ad ſacrificandum ydol̃

 cogens. Sed iudas machabeus cum eſſet
de genere ſacerdotali collecto exercitu iu-
ſtorum aduerſus antiochi duces arma cor
ripiens: eoſq; de iudea expellens: perſecu
tioni ſeuiſſime finem impoſuit: ac templū
ab ydolorum imaginibus emundans: no-
ua rurſus altaria ⁊ cetera vaſa vel ornamē
ta faciens: atq; in templo reponens: dedi-
cauit ea ſimul cum templo quod purgauit
⁊ renouauit viceſima quinta die menſ no-
ni: id eſt decembris: ⁊ ad hyemen pertine-
re nulli dubium conſtat. Statuitq; decre-
tum: vt prediximus omnibus annis diē en
ceniorum: id eſt innouationis ac dedicati-
onis templi: feſta deuotiōe celebrari. Om
nia fratres chariſſimi facta legis antiq̄ ſūt
figura legis noue: ⁊ propter vos commen
data memorie. Salomon itaq; q̄ domū
A dn̄i in hieruſalem ſeptem annis edificauit
3. reg. 8. octauo anno ipſe et filij iſrael eam domino
dedicauerunt. Fecit ergo ſalomon in die
illo feſtiuitatem celebrem: ⁊ omnis iſrael
cum eo multitudo magna. Et orauit rex
ad dominum dicens. Exaudi domine ora
tionem quam orat ſeruus tuus in loco iſto
vt exaudias orationem populi tui iſrl̕ qd̄-
cunq; orauerit in loco iſto: ⁊ cum audie-
ris propicius eris. Qd̄ ſi peccauerit tibi:
non eſt enī homo qui non peccet: egeritq;
penitentiam: ⁊ orauerit te: propiciaberis
populo tuo. quia peccauit tibi. Dixitq; do
minus ad eum. Exaudiui orationem tuā:
quam deprecatus es coram me. Templuꝫ
domini antiquitus factum typus erat ec-
cleſiaſticorum templorum: ⁊ dedicatio illi
us noſtre dedicationis exemplum. Si do-
mus dn̄i vocata eſt vbi hoſtie et ſacrificia
offerebantur: multomagis noſtre oratiōis
domus vbi carnis ⁊ ſanguinis eius ſacra-
menta celebrantur vocanda eſt. Et ſi dn̄s
in illa oratōnem populi ſui ſe promiſit au
dire: quantomagis preces noſtre recipien
tur in iſta: vbi ſunt veri oratores ⁊ memo
ratores paſſionis dominice. Et ſi tanta fe-
ſtiuitas eiuſdem templi quod erat vmbra
tile ⁊ typicum in dedicatione celebrata eſt
quantum gaudium putatis in conſecratio
ne noſtre matris agendum eſt. Quod aūt
ſeptē annis edificaſſe: ⁊ ī octauo dedicatō
nem eius dicitur celebraſſe pro magno mi
ſterio id conſtat accidiſſe. Hoc itaq; tēplū
ſalomonis quod domino ſeptem annis ex
ſectis et quadratis lapidibus hieroſoly-
mis fecit formam moſayci tabernaculi ha-
buit. Moyſes eteni tabernaculum in here
mo fecerat: atq; illud in duo ſeparauerat.
In priori quidem tabernaculo erat aureū
candelabrum: ⁊ menſa: ⁊ panum propoſi-
tio: ⁊ hec dicebantur ſancta. Et ibi pende- Heb. 9.
bat velum: poſt quod erat ſecundū taber-
naculum: quod dicebatur ſancta ſanctorū.
In hoc erat aureum thuribulum: ⁊ archa
ex ligno precioſo ⁊ auro puriſſimo: in qua
erat vrna aurea habens manna: ⁊ virga a-
aron que fronduerat: ⁊ tabule teſtamenti
⁊ ſuꝑ hec propiciatoriuꝫ: ſuper quod duo
angeli qui cherubin dicebantur. Et ī pri-
ori quidem tabernaculo quottidie ſacer-
dotes ſacrificabant: in ſecundo aūt ſemel ī
anno ſummus pontifex vitulam rufam ꝓ
omni populo immolabat. Hoc tabernacu-
lum moyſes maximo cultu dedicauit: ⁊ an
nuam feſtiuitatem populo celebrari con-
ſtituit. Et altiſſimus ſuum tabernaculum
ſanctificauit: quando ſpiritumſanctū mit-
tens eccleſiam a peccatis purgauit: ⁊ mul
ta kariſmata ac ſcientiam omnium lingua
rum ei donauit. Scd̄m hanc formā taber-
naculi ſalomon vt dictum eſt templū edifi
cauit. Diuiſio.

Emplum quod a ſalomone ſeptē 9
annis hieroſolimis edificatur: eſt
eccleſia: que a vero pacifico chriſto
per ſeptem dona ſpiritus ſancti in cel̕ col-
locatur. Quod ex lapidibus ⁊ cedris ⁊ au 3. reg. 8.
ro conſtruitur. q: ex tribus ordinibus ſcꝫ
ex coniugatis: ex continentibus: ⁊ ex con-
templatiuis celeſte edificiuꝫ erigitur. La-
pides ſecti ſunt per penitentiam ad hanc
ſtructuram electi. Porro quadrati ſūt qua
tuor virtutibus: prudentia videlicet: for-
titudine: iuſticia ⁊ temperantia ad hoc edi
ficium preparati. In octauo autem anno
edificationis templi facta eſt dedicationis
feſtiuitas. quia poſt tēpus huius vite qd̄
ſeptem diebus agitur: ⁊ per ſepteꝫ annos
deſignatur: ſequitur ſumma feſtiuitas ſuꝑ
ne hieruſalē: que celebrabitur ī octauo an
no: id eſt in futura reſurrectione. Et ſicut
antiqua feſtiuitas preſignabat feſtum no-
ſtre dedicationis: ita hec noſtra dedicatio
typus eſt ſumme ⁊ eterne feſtiuitatis: vbi
animo teneamus memoriam future reſur
rectionis. Hec ſunt tres dedicationes. Pri

XXIIII

ma ſiquidem ſalomonis. Secunda: noſtre feſtiuitatis. Tercia future reſurrectionis. Quod templum ab hoſtibus incenſum: ſꝫ rurſum domino miſerante conſtruitur. et
eſdre. 5. quadraginta ſex annis reedificatur: ſpecialiter reſpicit ad ſignificationem dominici corporis: quod de virgine aſſumpſit. Naz ſicut quadraginta et ſex annis eſt templū edificatum: ita corpus dominicum tercia die a quo prefatus numerus aſſurgit: ad vitam eſt reſuſcitatū. Fertur enī ꝙ humanum corpus quadrageſimo ſexto die poſt conceptionis initium formetur in diſtinctionem membrorum: ita eo numero annorum templum quoqꝫ eſt reedificatum per ieſum ſacerdotem: qui populum ducit a captiuitate babilonica. Hic ieſus eſt verus ieſus ſacerdos magnus: qui chriſtianum populū reducit a captiuitate diabolica. Qui templum reedificat. qꝛ ruinam in celis per homines reſtaurat. Quadragita ⁊ ſex annis operi huius templi inſtituit. qꝛ om̄es qui decem precepta legiſ per quattuor euāgelia: et per ſex opera miſericordie implebunt: in hoc celeſte edificium tendunt.
j. macħ. 4 Quod autē idem templum ab ydolatris coinquinatum: ſed per iudam machabeuz purgatū: dedicatū: ⁊ aureis corōis ornatū varios caſꝰ eccl'ie iſinuat: q̄ nūc pſecutōibꝰ ꝓmit: nūc a pſecutōnibus liberat: ⁊ in illa liberatione quaſi in dedicatione tranquilla ſeruitute domino famulatur. Ecce ſecūda dedicatio. Feſtiuitas autē tercie dedicationis tunc erit: quando in fine mūdi numerus electorū fuerit expletus: ⁊ poſt generalem reſurrectōnem omnium ſequitur feſtiuitas immortalitatiſ eterne. Mox omnes qui ad pacifici regis veri ſcꝫ ſalomonis pertinent regnum: cum eo gaudia patrie celeſtis intrabunt. Ecce tercia dedicatio.

Uerum quia de miſterio quedam perſtrinximus dedicationis: nunc attendamꝰ ⁊ modum eiuſdem feſtiuitatis. Sed quia ſingula que in conſecratione fiunt longuz eſt enumerare: vnum de illis breuiter exponamus: vt in alijs ſimiliter interioris tēpli noſtri mundatio intelligatur. Aſpergēdis poſtibus eccleſie: miſcetur ſal ⁊ cinis: aqua ⁊ vinum: yſopo autē aſperguntur. Hec non eſſent tanta obſeruata diligentia: niſi aliquid vtilitatis conferrent. Sit ergo ſal in nobis: id eſt acritudo penitētie: que putredinem peccatorū conſumat: integritatem virtutum incorruptam conſeruet. Hoc tamen ſal non ſufficit niſi addatur cinis: id eſt memoria terrene conditionis vel recordationis peccatorum. Unde dicit pſal. Peccatum meum contra me eſt ſemper. Et iterum. Reliquie cogitatiōis: id ē peccatorum diem feſtum agent tibi. Iſte cinis mouet aquam lachrimarum. Ubi aūt hec tria ſunt: videlicet ſal penitentie: cinis memorie conditōnis ⁊ peccatorum: nō deerit etiam vinum ſpirituale: quo inebriabuntur filij hominum ab vbertate domus dei: vt nihil preter eum deſiderent ⁊ dicant. Quid mihi eſt ī celo: et a te quid volui ſuper terram: yſopo humilitatis aſpergēda ſunt omnia iſta. Qui enī virtutes ſine humilitate congregat: quaſi puluerem ī ventum portat. Ad hanc conſecrationem eccleſie: id eſt matris noſtre omnes filij eiꝰ: id ē fideles debent conuenire ⁊ letari: ⁊ ſanctificatiōi matris ſue aggratulari. Sed quia de multis partibus veniunt filij ⁊ mľto labore occurrunt matri: de tanta feſtiuitate non debent diſcedere irremunerati. Statutum eſt eñ a ſanctis patribus: ꝙ in dedicatione ſancte eccleſie fiat venia peccatoꝝ vt cum alijs temporibus ſit in ea ablutio criminum per baptiſmū: in feſtiuitate eiꝰ ſentiant potius matris per orationes auxilium. Sed cum vobis fratres chariſſimi venia ex labore ⁊ congratulatōne huiꝰ ſolennitatis debeatur: tamē ſcire debetis: quia non quelibet peccata vobis hic relaxantur: ſed illa tantū de quibus confeſſi eſtiſ ⁊ dignam penitentiam egiſtis: de talibus indulgētiam conſequamini. Si enim quis vult peccatorū ſibi culpas relaxari: ſi vult ſibi vulnera ſanare: nō debet ea medicū celare. Prius enī debet peccatorum culpam recognoſcere: poſtea oſtendere: deinde ſibi medicinam erogare. Prius dicat quoniam iniquitatem meam ego agnoſco: deinde ſubiungat: delictum meum cognitum tibi feci: ad vltimuz addat: Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum. Tali nēpe confeſſione vel penitentia: promeretur peccatorum indulgentia. Nunc igitur fratres recogitate ⁊ diſcite in hoc ſacramēto dedicationis quanta reuerentia debeatur ſanctuario veſtre matris. Hic enim per vndam baptiſmi: abluuntur peccata: hic

conſecrantur dominici corporis ⁊ ſanguis
ſacramenta: hic funduntur ad dominū ora
tiones: hic dicūtur confeſſiones: hic fiunt
reconciliationes. Hec eſt domus dei: hec ē
porta celi: per hanc aſcenditur ad ſupnam
hieruſalem: q̄ ē libera mater nr̄a. Purga-
te in ea maculas veſtras: vt purgati per-
uenire poſſitis ad regales nuptias. Pre-
ſtante et adiuuante dn̄o nr̄o ieſu xp̄o: qui
cum pa. ⁊. ſ. ſ. vi. ⁊ reg. d. Per omnia ſecl'a
ſeculorum Amen.

Sermo in dedicatione altaris proprie
dicendus.

a B Ntique religionis ſacroſancta et
venerabilis hoc habuit traditio:
vt altaria edificarentur ⁊ cōſecra-
rent̄ dn̄o. Hoc em̄ ⁊ abrahā: ⁊ ip̄e legiſ moy
ſes: ⁊ alij ſācti viri exemplo et auctoritate
ſua hoc in cunctis generatōnibus nr̄is ob
ſeruandū reliquerūt. Hec ſiquidē altaris
Gen. 28. dedicatio p̄figurata fuit ī iacob p̄ribus fi-
lij yſaac. Nam cū relicto parente fugiens
fratrē ſuū eſau: iretq; ad laban petitur⁹ vx
orem: in itinere tulit de lapidibus q̄ terre
iacebant: ⁊ ſuppoſuit capiti ſuo: dormiuit-
q; in eodem loco: ⁊ vidit in ſomnis ſcalam
vſq; ad celū erectam: ⁊ angelos aſcēdētes
⁊ deſcēdētes. Surgēſq; tulit lapidē ⁊ erex
it in titulū: fundens oleum deſup: fecitq;
altare domino dicēs: Nō ē hic aliud niſi do-
mus dei et porta celi. Ecce iſte antiqu⁹ ſi-
ne lege: ſine ſcripturis: ſāctificauit deo al-
tare: ⁊ domū dn̄i vocauit. q2 per ſpiritum
ſanctū tabernaculum dei ibi futurū preſci
ebat. Hec om̄ia figura futurorū erant. Ja-
cob nanq; qui relicto parente ierat ad labā
petiturus vxorem: ieſum chriſtum deſig̃t:
qui quaſi relicto patre celum deſeruit: car
nemq; noſtre corruptionis aſſumpſit.
Deinde relictis illis parentibus de quib⁹
carnem aſſumpſerat: ſcz iudeis: relicta q̊q3
patria de iudea: perrexit ad gētes: ductu-
rus ſponſam: id eſt eccleſiam. Hoc in itine
re iacob obdormiuit. q2 chriſtus in itinere
preſentis vite mortē in ara crucis ptulit.
Lapis quem iacob in itinere capiti ſuppo-
ſuit: humanitatem chriſti deſignauit: que
ſubiecta diuinitati deus vere creditur eſſe
caput chriſti. Scala erecta ad celum: ē via
⁊ aſcenſio graduum ⁊ virtutum. Aſcendi-
tur em̄. i. ad celeſtem vitam diuerſis gra-
dibus. Sūt em̄ aliqui legali coniugio ſup
na ſcandentes: alij in viduitate: alij in vir-
ginitate: alij in tumultu mundi: cōtra mū-
dum ⁊ contra diabolum pugnando. Alij
quoq3 ſtrepitum mundi rugientes: ⁊ ſpiri
talem hoſtem debellantes: in actuali vita
tot gradibus aſcenderūt ad celeſtia. Sunt
⁊ gradus in contemplatione: quos mona-
chi ad ſuperna tranſcendunt vel heremite.
Hi mundum exuerunt: hi vilib⁹ indumen
tis ſeſe ſpreuerūt: hi obedientiam ſectātes
dilectionem oſtenderūt. Tres itaq3 virtu
tes in eis ſpecialiter regnant: tribus gradi
bus v̄tutū: charitate ſcz humilitate ⁊ obe-
dientia celeſtia tranſcendūt. Charitas fra
ternitatis in cohabitatione oſtenditur: hu
militas in vilitate veſtimenti premōſtra-
tur: obedientia in libenti ſeruitute dn̄i pa-
rent voluntati fratrum declaratur. His di
uerſis gradibus virtutum in actuali ⁊ in
contemplatiua penetratur celum. Angeli
quoq3 quos iacob viderat aſcendere ⁊ de-
ſcendere: ſunt predicatores ſancti nunciā-
tes nobis verbum dei. Qui dicuntur aſcē
dere: dum aliquādo altiora: deſcendere ve
ro cum predicauerint humiliora. Altiora
vt in principio erat verbuz: humiliora: vt
nos predicamus crucifixum. Lapidem q̊3
quem iacob ſuppoſuit capiti vocauit domū
dei ⁊ portam celi. Iſte lapis: id eſt chriſt⁹
domus dei eſt vocatus. q2 ip̄e fuit inhabi-
tatio ſpiritusſancti: ⁊ in eo plenitudo diui
nitatis habitauit. Hunc lapidem ſiue hoc
altare: id eſt chriſtū reprobauerūt edificā-
tes: id eſt iudei traditiones patrum ſequē
tes. Homines murū cōtra deum peccatis
edificare ceperūt: cuius fundamēta primi
parentes per inobedientiam poſuerunt: ſ;
ſuper hoc fundamentum poſteri eorū mul
ta crimina extruxerūt: ſeq3 hoc muro a deo
⁊ ab angelis diuiſerunt. Ab hoc muro iu-
dei edificantes: chriſtum p̄ciosum lapidez
reprobauerūt. quia nullas originalis pec-
cati ſordes cum cemēto huius muri inuol
uerunt. Unde factus eſt eis lapis offenſi-
onis: ⁊ petra ſcandali. Super lapidē iſtuz
bene fundata ⁊ firmata conſtat eccleſia.
Chriſtus eſt ⁊ altare. quia in eo ⁊ per eum
ſpiritales et corporales oblationes deo pa
tri offeruntur. Eo mediante ⁊ propicio in
terceſſore: deus pater preſentia nobis ⁊ fu
tura largitur. Hoc altare: id eſt chriſtus
legalibus vnguentis quib⁹ antiquit⁹ alta L
ria vngueban̄t: necnō ⁊ vnguētis q̄b⁹ eccl'ia
ſtica altaria pungūtur ſpiritaliter ē delibu

tus. Ex q̄nq̃ nēpe ſpeciebus aromatū vi-
delicet ſmirna: cynamomo: calamo: caſſia:
oleo de oliuis erat vnguentum: quo altare
antiq̄tus eſt conſecratū ⁊ cōfectum: Nunc
videamus naturas ſinglaꝝ ſpecieꝝ. Smir
nam alij calami: alij mirre dn̄t eſſe reſinam
⁊ aptā inter pigmēta. Cinamomū aūt dcm̄
ē qḋ cortex eius in modū cāne ſit rotūdus
⁊ gracilis. Signitur ī india ⁊ ethiopia fru
tice breui: duoꝝ tm̄ cubitoꝝ: colore ſub ni-
gro vel cinereo: tenuiſſimarum virgarum.
Nam quod in craſſitudineȝ extenditur de
ſpectui habetur cū frangitur: viſibile vero
ſpiramentū emittit inſtar nebule ſeu pul-
ueris. Calamus quoq̃ aromaticus a ſimi-
litudine calami vſualis vocatur. Signitur
in india: multis nodis geniculatus fulu⁹
flagrans ſuauitate ſpūs cum frangitur: in
multas ꝑtes fit ſciſſilis: ſimtlano guſtu caſ
ſiam: cū leui acrimonia remordenti. Caſſia
etiam naſcitur in arabia: virga robuſti cor
ticis: ⁊ purpureis folijs: vt piperis. Eſt āt
virtutis cynamomi et ſimilis: ſed potētior
imperio. Oleū itaq̃ ab olea nominatur. nā
olea ē arbor vñ diriuatur oleū. Sed qḋ ex
albis oliuis fuerit exp̄ſſū: vocatur ſpanuȝ.
qḋ aūt ex fuluis oliuis ⁊ nondū maturꝭ fu
erit exp̄ſſum: viride appellatur. qḋ vero ex
nimiū maturis cōmune dicitur. Ex his ad
vſum vite primum ē ſpanum: ſecūdū viri
de: tercium cōmune. Illud aūt oleū quod
nulle rei fuerit admixtum: purum dicitur
Hoc q̄ppe vnguēto harum quinq̃ ſpecierū
q̄ inungebat̄: aut ſacerdos vel rex: ſiue ꝓ-
pheta efficiebatur. Ad conſecrationem q̊ȝ
eccleſiaſtici altaris duo adhibentur: thus:
⁊ oleum. Thus ē arbor arabie inmēſa at-
q̃ ramoſa: leniſſimi corticis: ſucū aromati-
cū fundens. Hec deniqȝ confectio ſeptē ſpe
cierū q̄ altaria inunguebātur: deſignabat ī
unctionem ſanctiſpiritus: q̄ ꝑunctus ē ip̄e
rex. Et que ē nimiꝝ vnctio ſpūs ſācti. Sep
tem ſcȝ dona ip̄ius. Que ſūt itaqȝ dona ſpi
Eſaie. xi. ritusſancti: Donū ſeu vnctio ſpūſſancti eſt
timor: pietas: ſcientia: fortitudo: conſiliū:
intellectus: ſapientia: Qua ꝑfecto vnctio
ne hoc altare id eſt chriſtus ē ꝑunctus: vñ ſa-
cerdos rex ⁊ propheta eſt effect⁹. Prophe
ta: iuxta illud moſaicuȝ: Propħam ſuſci-
tabit ds̄ vob: illū tanq̃ me audietis. Sa-
cerdos quoqȝ ſcḋm illud: Tu es ſacerdos
in eternum ſm̄ ordinē melchiſedech. Et ſi
cut ſacerdotū ē thus offerre: ſic chriſtus q̄

eſt omī thure ꝑcioſior: ſeip̄m dō patri pro
XXIIII
nobis obtulit acceptabile ſacrificiuȝ ī odo
rem ſuauitatis. Rex q̊ȝ chriſtus ē. q² oleo
ſpiritali delibut⁹: rex erat regum: ⁊ domi-
nus dominantiū. Regit nanqȝ et conſeruat
nauiculam petri: id ē eccl̄iam ſuā: ne inter
huius ſeculi ꝓcellas deficiat. De hac ip̄a
vnctione huius regis ⁊ ſacerdotis dauid
teſtatus ē dicens. Propterea vnxit te de⁹
deus tuus oleo leticie. Hūc q̄ppe lapidem
id eſt chriſtum cū iacob inunxiſſet: domū-
qȝ dei hoc mō ꝓnunciaſſet: addidit. Et vo
cabitur porta celi. Chriſtus vocatur porta
celi. q² ip̄e ē oſtiuȝ paradiſi: vt ibi: Ego ſū
oſtium. Porta celi fides eſt ⁊ baptiſmus:
porta celi poſt baptiſmum lapſis: peniten
tia: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio. Per has portas
celi fidei et baptiſmatis: penitentie et con
feſſionis credentibus ac penitentibus in-
greſſus pāditur regni celeſtis. His allego
rice de lapide ⁊ porta id ē chriſto digeſtis:
qūo et duo altaria cōſtent in nobis: diligē
ter conſiderandum ē vobis.

Diuiſio.

D Uo altaria dudum extructa legū
tur: vnū in tabernaculo moſaico:
quod altare holocauſti dicebatur: aliud in
templo ſalomonis qḋ altare thimiamatis
vocabatur. Altare holocauſti erat cōſtru-
ctū ex inputribilibus lignis ſethim: ⁊ ha-
bebat quinqȝ cubitos in latitudine: ⁊ quin Exo. 38.
qȝ in longitudine: tres q̊ȝ in altitudine: et
coopertum erat ere. Hoc altare quattuor
angulos habebat: ⁊ ex ip̄is q̄ttuor cornua
ꝓcedebāt. Erat inane ⁊ ꝯcauū: vt ad ſuſci
pienda tam ligna q̃ ſacrificia locus ſpaci-
oſus haberetur. Habebat hoc altare crati-
culam in modum retis eneam: vt per cre-
bras aperturas: ignis ſuppoſitus ad ſūmē-
das hoſtias libere penetraret. Altare igit̄
holocauſti ex īcorruptibilib⁹ lignis extru
ctū: corda ſūt elcōꝝ: in q̄b⁹ tāq̃ ꝯſecr̄ta ſacri
ficia dn̄o offerūt̄ bonoꝝ oꝑm ſtudia. Que
corda elcōꝝ ita īcorrupta ꝯdecet eē vt dig
ni ſint ſpūmſcm̄ habitatorē ſuſcipe. Hoc ſi
q̄dē altare. v. cubitos ī longitudīe ⁊ latitu
dīe deſcribit̄ hr̄e. Quid ergo lōgitudo vl̄
latitudo altarꝭ niſi. v. ſenſ⁹ nr̄i corꝑis? Vl̄
q̄d ē altarꝭ lōgitudo: niſi patiētie ꝑfectio.
aut q̄d latitudo illi⁹ niſi ꝑfectō caritatis q̄
illi dn̄o ꝯſecr̄nt̄: q̄ ſe ī oīb⁹ patiētes exhibēt
Hoc altare tres cubitos altitudinis habu-
it. q² mēs electoꝝ ꝑ hec tria fidē: ſpem ⁊ ca

XXIIII ritatem ad amorem dei aſcendit. Cooperiebatur ⁊ ere hoc altare. q2 ſicut es diu icorruptibile pſeuerat: ſic virtutes fideliuꝫ in cis vſqꝫ in finem firmiter perdurant. Habuit quoqꝫ quattuor cornua ex q̃ttuor angulis ꝓcedentia. Quattuor altarꝭ cornua ſunt ſancte crucis latera altitudo ſcꝫ ꝓfunditas: longitudo: et latitudo. His quattuor lateribus crucis ſcꝫ altitudine: id eſt ſpe ꝓfunditate: hoc eſt fide: longitudine: id ē pſeuerātia patiētie: latitudine quoqꝫ: hoc eſt charitate: munitur vndiqꝫ altare ſancte eccleſie: id eſt corda fidelium p mūdū vniuerſum. Sūt eni cornua: virtutum munimenta. Erat itaqꝫ hoc altare vacuuꝫ ⁊ inane vt ad ſuſcipiēda tam ligna q̃ ſacrificia locus ſpacioſus haberetur. Quiſqꝫ altare dn̄i eſſe deſiderat: hic ſe ab omni cōtagiōe mundanoꝝ exinanit: vt i eo ligna celeſtium verboꝝ ⁊ hoſtia virtutum ſpacioſū locum habeāt: ⁊ ſpiritusſancti flammam q̄ eccleſiaſtice hoſtie. i. corpus et ſanguis dn̄i cōſecrantur ſuſcipiat. Niſi eni exinanierit qđ infra ſe eſt: non merebitur ſuſcipere qđ ſupra ſe eſt. Habebat hoc altare craticulaꝫ in modum retis eneam: vt per crebras aperturas: ignis ſuppoſitus ad ſumendas hoſtias libere penetret. Neceſſe eſt eni: vt electi dei corda ſuā aperiant diuine gratie: et q̄ſi plurimis patefactis ianuis ſedulo depcentur: vt p ſingula bona que inchoant: q̄ſi per ſingula victimarum fruſta ſua eos gratia illuſtrare: ⁊ ad amorem ſuum dignetur accendere. Hec de altari holocauſti: id eſt de corpore noſtro: in quo offerantur bona opera domino. Nunc de altari incenſi:

3. reg. 7. quod in templo ſalomonis poſituꝫ erat cōſiderem9. Altare hoc aureum erat: ⁊ inadolēdum thimiama factum. Sicut eni in altari holocauſti ſignificantur electi: q̄ ſe crucifixerūt cum vitijs et concupiſcentijs: nec ſꝫm deſideria carnis ambulabant: ſed quaſi domino immolantes: oīes corpis ſenſ9 dedicauerunt: per ignem ſancti ſpirit9 voluntati eius: ita ꝓfecto et illi altari incenſi nō īmerito comparātur qui maiori pfectōne mētis extinctis ꝓrſus illecebris carnis ſola orationum vota dn̄o offerunt: carnem ſuam ſubicienteo: oīes carnis illecebras euicerunt: ⁊ in carne non carnaliter viuentes celeſtem in terris vitam ducunt. Hoc altare incenſi quanto fulgore metalli aliis eminebat: tanto quantitate minus erat. Quanto eni ſanctiores: tanto pauciores. Recte ergo in longitudine et latitudine altaris quod quadrāgulum erat: patientia ⁊ charitas deſignat: quia perfectoꝝ anime federatio adinuicem virtutibus quantum diligere fratres ſtudent tm̄ ⁊ ferre ſufficiunt: ⁊ q̄ntum ferre: tantum diligere. Duos cubitus habet in altitudine. q2 duplex premium in ſupernis ſperant ſe recipere animarum et corporum. Cornua ex ipo procedentia eminentiam fidei et ꝟtutum ſignificant. Ex ipſo vero ꝓcedūt. q2 electi opera ſua non ad faciem hominū ſpecietenus oſtēdunt: ſꝫ in ima radice cordis imobili exercent affectu. Auro veſtitur. q2 quiqꝫ pfecti luce interne ſapientie refulgent. Huius altarꝭ deauratur craticula: que parata erat in medio eius ad ſuſcipienda thimiamata cum interiori homine noſtro reſplendet p fidem chriſti gratia. Parietes deaurantur cū eadem gratia diuine dilectionis per bona opera exterius dilatatur. Cornua deaurantur cum fiducia fortitudinis iuſtorum ſplendore interne lucis choruſcat. His igitur in mente noſtra rite diſpoſitis: iam ꝓculdubio deo placitas ⁊ ſup omnē aromatū puluerē orationū hoſtias redolētes offerimus. Dn̄o nr̄o ieſu chriſto: q̄ cuꝫ patre et ſpū ſcō viuit ⁊ reg: d. p infi ſ. ſ. Amen.

Explicit liber: Deflorationum patrū: Baſilee impſſus: Anno dn̄i. M.CCCC.LXXXXIIII.

BIBLIOTHECA ... LISBON

/ Ex. completo com 159 fls. (alias 160 fls.)
Falta a últ. fl. em branco